UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00321623 1

The Lincoln Record Society
VOLUME 58

The Register
OF
Bishop Philip Repingdon
1405—1419

EDITED BY
MARGARET ARCHER
M.A. (LIVERPOOL), B.LITT. (OXON.)
Lecturer in Medieval History, University of Birmingham

Volume II

1963

THE

PUBLICATIONS

OF THE

Lincoln Record Society

FOUNDED IN THE YEAR

1910

VOLUME 58

FOR THE YEAR ENDING 31ST AUGUST, 1963

LIBRARY
SEP 19 1963
UNIVERSITY OF TORONTO

859722

DA
670
L69L5
V.58

THE REGISTER OF BISHOP PHILIP REPINGDON 1405—1419

EDITED BY

MARGARET ARCHER

M.A. (LIVERPOOL), B.LITT. (OXON.)

Lecturer in Medieval History, University of Birmingham

Volume II

MEMORANDA 1411—1414

PRINTED FOR

THE LINCOLN RECORD SOCIETY

BY

THE HEREFORD TIMES LIMITED, HEREFORD

1963

CONTENTS

	Page
NOTES CONCERNING THE METHOD OF TRANSCRIPTION	vii
ABBREVIATIONS	xi
TEXT	211
INDEXES:—	
PERSONS AND PLACES	383
SUBJECTS	429
COUNTIES AND COUNTRIES	435

NOTES CONCERNING THE METHOD OF TRANSCRIPTION

Where set forms recur constantly with only slight variations, as in the case of licences for non-residence and for the farming of churches, and letters dimissory, the first example is given in full and the rest calendared. Where there is any marked deviation from the usual form, this has been noted. The usual forms, in the order in which they occur, are as follows :

A. Licence for non-residence in order to study.

Memorandum quod quarto die mensis Maii anno domini millesimo cccc^{mo} quinto apud Bannebury concessa fuit littera non residencie magistro Radulpho Repyngdon' rectori ecclesiarum parochialium de Castr' et Tytchemersh' Lincoln' diocesis per triennium litterarum studio insistendo ac dimittendo fructus earundem ad firmam per idem tempus.

B. Letters dimissory.

Item decimo die mensis Maii anno predicto apud Lydington' concessa fuerunt littere dimissorie Thome Colles de Melbroke Lincoln' diocesis accolito quod possit promoveri ad omnes sacros ordines a quocumque episcopo catholico ut in forma consueta.

C. Licence for non-residence for study in accordance with the clause " Cum ex eo ".

Concessa fuit littera non residencie Willelmo Lyndewode diacono rectori ecclesie parochialis de Walton Lincoln' diocesis litterarum studio insistendo ubicumque etc. ac dimittendo fructus ad firmam per idem tempus et dispensatum fuit cum eodem iuxta capitulum " Cum ex eo ".

D. Licence to put a church to farm.

Item xiiij^{to} die eiusdem mensis anno et loco predictis concessa fuit licencia domino Radulpho Dyot vicario de Wardeley Lincoln' diocesis quod possit dimittere fructus de Wardeley predicti per triennium dummodo in eadem resideat.

E. Licence for non-residence while in the service of king or bishop or other eminent person.

Item xiiij^{to} die eiusdem mensis anno predicto apud Sleford' concessa fuit littera non residencie Johanni Clayton' clerico rectori ecclesie de Croxby Lincoln' diocesis obsequiis[1] domini Henrici Bathon' episcopi per unum annum et dimittendo fructus ad firmam per idem tempus.

[1] *Or* " in contemplacione ". See p. 43, note.

F. Letters dimissory to the head of a religious house for members of his community.

Item tercio die mensis Maii anno predicto apud Bannebury concessa fuit licencia priori de Dorchestr' quod possit facere fratres [the names follow] . . . canonicos dicti prioratus ad omnes tam minores quam sacros ordines quos non dum fuerunt assecuti a quocumque episcopo catholico legitime promoveri etc. ut in forma.

G. Licence to a religious house or college to farm an appropriated church.

Item xxvij^{mo} die Aprilis anno predicto apud Oxon' concessa fuit licencia magistro sive preposito et scolaribus aule sive collegii beate Marie de Oryell' Oxon' quod possint dimittere ecclesiam de Colby Lincoln' diocesis sibi appropriatam ad firmam quam diu domino placuerit duraturum.

H. Licence for non-residence for reasons other than those given above, or for no specific reason.

Item xxiiij^{to} die mensis Julii anno et loco predictis concessa fuit licencia non residencie domino Thome Hanley rectori ecclesie parochialis de Belgrave Lincoln' diocesis locis honestis commorando.

For reasons of space, the brief marginal headings for miscellaneous short licences have not been given. The usual forms are as follows :

Letters dimissory.	Di' *or* dimissor'
Licences for non-residence.	Non res' *or* Disp' iuxta ca' Cum ex eo
Licences to preach.	Lic' predicand'
Licences for the celebration of anniversaries.	Annale
Licences for the private celebration of divine services.	Or', ora' *or* orat'
Licences to farm churches.	Ad fir'

Documents which are printed in Wilkins' *Concilia*, in Professor E. F. Jacob's edition of Archbishop Chichele's Register, or in volumes published by the Oxford Historical Society, are not transcribed in full, unless there is a difference in the text.[1]

As regards spelling, the scribe has been followed as closely as possible. Thus 'c' for 't' is the almost invariable rule, as in 'sentencia' and 'penitenciarius'; 'j' is used for the names of months and in proper names, otherwise 'i' is usual, as 'iura', 'eius' etc. There is no consistency in the text in the use of capitals ; in the transcription, these have been used sparingly.

[1] With the exception of Urban V's Bull for the election of the chancellor at the University of Oxford (f. 15), which is given in full.

Christian names have in most cases been modernized. Surnames and place names have been given in their modern forms where possible. In the calendared entries, the original form is given in brackets, except where the original and modern forms are identical, and all variants are grouped together in the index. Where identification is uncertain, the name is left in its textual form. All places are in the diocese of Lincoln, unless otherwise stated.

In transcribing dates, it has been thought clearer to allow for the medieval practice of beginning the New Year on March 25th. Thus, an entry dated by the scribe January 1st, 1405, is given as January 1st, 1405/6. The episcopal year begins on March 29th.

References to the text of the Memoranda are given by folio, as the later part of the text is not yet printed.

PRINCIPAL ABBREVIATIONS USED IN THE FOOTNOTES

Manuscripts

Anc. Ind.	Ancient Indictments before the King's Bench. Files 202, 204, 205 (Public Record Office).
Liber Sextus I	Lincoln Chapter Acts: Liber Sextus Primus (1402/17).
Liber Sextus II	Lincoln Chapter Acts: Secundus Liber Sextus (1407/22).
Memo.	Register (Memoranda) of Philip Repingdon, bishop of Lincoln, 1405/19.
Reg. Fleming	Register of Richard Fleming, bishop of Lincoln, 1420/31.

Printed Books

Cal. Pap. Lett.	Calendar of Papal Registers: Papal Letters.
Cal. Pat. Rolls	Calendar of Patent Rolls.
Concilia	Concilia Magnæ Britanniæ et Hiberniæ A.D. 446/1718, ed. Wilkins, D. 4 vols. (1737).
D.N.B.	Dictionary of National Biography.
Fœdera	Fœdera, Conventiones et Litteræ, vols. VIII and IX, ed. Rymer, T. (1709).
Le Neve	Fasti Ecclesiæ Anglicanæ, ed. Hardy, T. D. 3 vols. (1854).
Linc. Wills	Early Lincoln Wills, 1280/1547, ed. Gibbons, A. (1888).
Linc. Stat.	Statutes of Lincoln Cathedral, ed. Bradshaw, H. and Wordsworth, C. 3 vols. (1892/7).
Ord. Priv. Co.	Proceedings and Ordinances of the Privy Council, ed. Nicolas, H. 2 vols. (1834).
Reg. Bubwith	Register of Nicholas Bubwith, bishop of Bath and Wells, 1407/24, ed. Holmes, T. S. 2 vols. Somerset Record Society. (1913/14).

Reg. Chichele	Register of Henry Chichele, archbishop c Canterbury, 1414/43, ed. Jacob, E. F. 4 vol Canterbury and York Society. (1943/47).
Reg. Mascall	Register of Robert Mascall, bishop of Heredor 1404/16, ed. Parry, J. H. Canterbury an York Society. (1917).
Reg. Rede	Register of Robert Rede, bishop of Chicheste 1397/1415, ed. Deedes, C. 2 parts. Susse Record Society. (1908/10).
Snappe's Formulary	Snappe's Formulary and other Records, e Salter, H. E. Oxford Historical Societ (1924).

The Register of Philip Repingdon, Bishop of Lincoln, 1405—1419

MEMORANDA 1411–1414.

[*Folio 52*]

QUARTO KALENDAS APRILIS ANNO DOMINI MILLESIMO CCCC^{mo} UNDECIMO INCIPIT ANNUS SEPTIMUS CONSECRACIONIS REVERENDI IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI DOMINI PHILIPPI REPYNGDON' DEI GRACIA LINCOLNIENSIS EPISCOPI.

1411. April 16th, Sleaford. Dispensation by authority of the papal penitentiary to John, son of Andrew Spalding of Billingborough, scholar, that notwithstanding his illegitimacy he may proceed to all orders and hold a benefice with cure.

J. SPALDYNG' DISPENSACIO. Memorandum quod xvj die mensis Aprilis anno domini millesimo cccc^{mo} undecimo apud Sleford' reverendus in Christo pater et dominus dominus Philippus dei gracia Lincoln' episcopus auctoritate litterarum reverendi in Christo patris et domini domini Petri miseracione divina episcopi Tusculan' sibi in hac parte commissarum cum Johanne filio Andree Spaldyng' de Byllyngburgh' Lincoln' diocesis scolaris de coniugato penito et soluta, quod ipso defectu natalium quam patitur non obstante possit ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere eciam si curam habeat animarum iuxta vim formam et effectum litterarum huiusmodi et sub modo in eis recitato misericorditer in domino dispensavit.

1411. April 18th, Sleaford. Letters dimissory to Thomas Bishop (Bysshop), clerk, having the first tonsure, to all orders. [B.]

1411. April 24th, Sleaford. Letters dimissory to John Bateman of Harmston (Hurmeston'), exorcist, to all orders. [B.]

1410. Testament of John de Rocheford, knight. Dated October 20th, at Lincoln. Proved before Bishop Repingdon at Sleaford on December 14th.

TESTAMENTUM JOHANNIS RECHEFORT' MILITIS.[1] In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Johannes de Rechefort miles xx^{mo} die mensis Octobris apud Lincoln' anno regni Regis Henrici

[1] Abstract in *Linc. Wills*, p. 135.

quarti post conquestum Anglie xij^{mo}, sane mentis et bone memorie, condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo et beate Marie et omnibus sanctis eius et corpus meum ad sepelliendum in monasterio de Barlynges iuxta corpus domine Alicie uxoris mee et principale pro corpore meo prout moris est ubicumque contigerit me mori. Item lego summo altari sancti Pauli London' xiij s. iiij d. Item lego feretro sancti Albani vj s. viij d. Item lego feretro sancti Hugoni Lincoln' xiij s. iiij d. Item lego feretro sancti Ivonis ꝑnulum magnum de auro sculpta iusta be tyme. Item lego fabrice ecclesie Lincoln' quinque marcas. Et iiij^{or} presbyteri in monasterio ibidem qui sunt annotati ad orandum pro adiutoribus ad fabricam predicti monasterii, cuilibet eorum quatuor presbyterum xl d. Item lego ecclesie de Stokes unum pixidem de cupra deaurate cum uno berell' ad portandum corpus Christi in festo Corporis Christi ibidem deo servituris imperpetuum. Mea intencio est deo concedente facere codecillos de legatis tam amicis quam servientibus. Residuum vero bonorum meorum do et lego executoribus quos constituo magistrum Johannem Southam canonicum ecclesie cathedralis Lincoln' Ricardum de Bradeley Johannem de Flete Ricardum de Haugh' Robertum Cowton' clericum meum et Ricardum atte Boure de Walpole ut ipsi pro eorum posse recte perficiant et disponant. Et mea voluntas et intencio est quod hoc testamentum nec codicellum pro me factum vel inposterum faciendum non fuit in preiudicium alterius voluntatis mee indentate cuius datum est apud Lincoln' xx^{mo} die Octobris anno regni Regis Henrici quarti post conquestum Anglie xij^{o}. Cuius indenturis una pars remanet in custodia Johannis Southam, altera vero pars eiusdem indenturis vocata ultima voluntas mei Johanni de Rechefort remanet penes meipsum. Nec quod illa voluntas indentata sit in preiudicium istius testamenti sed quod verumque tam testamentum quam voluntas indentata predicta et codicillum pro me facta pro inposterum faciendum obtineant suum robur et effectum. Et volo quod executores mei habeant liberam facultatem ad remunerandum quemlibet eorum pro eorum labore et expensis secundum eorum sanam discreccionem prout tempus res et labor exigerint. In cuius rei testimonium presenti testamento meo sigillum meum apposui. Dat' apud Lincoln' die et anno supradictis.

Approbacio eiusdem.[1] xiiij^{o} die mensis Decembris anno domini millesimo cccc^{mo} x^{mo} apud Sleford' coram reverendo in Christo patre et domino domino Philippo dei gracia Lincoln' episcopo exhibitum fuit testamentum prefati Johanni de Rechefort nonnulla bona notabilia in Lincoln' et aliis diocesibus tempore mortis sue notorie obtinentis, cuius pretextu ipsius testamenti probacio approbacio et insinuacio ac pro ipsius valore pronunciacio administracionis

[1] Marginal note: "Notabilia".

bonorum dicti defuncti commissio compoti sive calculi administracio huiusmodi consuetudine laudabili hactenus usitata legitimeque prescripta et nullum alium ipso reverendo patre inferiorem iudicem pro bonis infra diocesim suam Lincoln' existentibus dinoscuntur notorie pertinere et pro bonis huiusmodi legitime probatum ac per ipsum reverendum patrem approbatum insinuatum et pro valore eiusdem pronunciatum, commissaque fuit administracio omnium bonorum dicti defuncti et eius testamentum concernencium et infra dictam diocesim existencium Ricardo de Bradeley Johanni de Flete Ricardo de Haugh' Roberto Cowton' clerico et Ricardo atte Boure de Walpole executoribus in eodem testamento nominatis in forma iuris iuratis, potestate consimilem administracionem committendi magistro Johanni Southam coexecutori suo eciam in dicto testamento nominato cum eam admittere voluerit ac compoto administracionis huiusmodi in omnibus semper salvis.

[*Folio 52*v][1]

xxvij die mensis Aprilis anno domini millesimo cccc^{mo} undecimo apud Lincoln' dimissi sunt executores predicti a reddicione communi et obtinuerint acquietancium super administracionem suam sigillo domini sigillatam.

1411. April 28th, Sleaford. Letters dimissory to William Cosby, having the first tonsure, to all orders. [B.]

1411. May 2nd, Sleaford. Letters dimissory to William Leeds (Ledys), acolyte, and to Robert Hampton, to all orders. [B.]

1411. Testament of William Peake, rector of Scrivelsby. Dated April 17th. Proved before Thomas Asgarby, sequestrator and commissary-general in the Parts of Lindsey and the deanery of Holland, at Scrivelsby on April 27th.

Testamentum Peke.[2] In dei nomine amen. Ego Willelmus Peke rector ecclesie parochialis de Scryvelby Lincoln' diocesis mentis gaudens plenaria sanitate ultimam meam voluntatem sub forma que sequitur duxi ac vice exprimandam. In primis siquidem anima mea sub spe misericordie ipsius commendata creatori omnium sanctorum et sanctarum dei . . . . . .[3] cum omni humilitate cordis devote, imploro ut ipsam animam meam a corporis feditate exutam omnipotenti deo benigne representarie dignetur veniamque delictorum meorum ex ipsius immensa misericordia eorum precibus implorare cum sim fidei catholice iuxta sanctorum apostolorum et ecclesie Christi doctrinam indubitabilis professor. Consequenter

[1] Ff. 52v–54 are much defaced, and in places illegible, owing to stains.
[2] Abstract in *Linc. Wills*, p. 133, where the date of probate is given as April 26th.
[3] Illegible.

igitur volo quod corpus meum in cancello dicte ecclesie de Scryvelby subterretur precedente mortuario meo quod racioni congruit. Item lego fabrice matricis ecclesie Lincoln' vj s. viij d. Item volo quod quilibet parochianus meus notabili pauperitate opressus habeat dua quarteria brasii. Item lego fabrice dicte ecclesie de Scrivelby quatuor quarteria brasii. Item cuilibet capellano existenti in exequiis meis funeralibus vj d. Item lego ecclesie de Beghton' in comitatu Derb' centum solidos. Item lego Margarete sorori mee moniali de Catteley v marcas de bonis meis levandas, unam furruram de bever et unum matras. Item lego Isabelle que efficietur moniali de Catteley decem marcas in pecuniam vel quantitate brasii pro eadem. Item eidem unam clocam de murris cum toga eiusdem secte furrata cum croppys, unam secundam furram de otre cum certa perticula blanketi novi et unum cocliar argenteum usitatum. Item Isabelle duas vaccas de melioribus eligendas decemque oves matrices cum angniculis et unum matras. Item lego monialibus de Catteley unam ollam eneam continentem x lagenas ut speratur. Item eisdem monialibus unum dorsorium de opere tapestrie pulvizata cum rosis albis et rubeis. Item priori eiusdem domus de Catteley omnes phalleras meas serreas pertinentes ad aratrum meum. Item lego Margarete nepte mee unum lectum blodium absque tapeto cum pellicanis designato, unum coopertorium lecti viride, unum par blanket', unum matras cum duobus paribus lintheaminum. Item lego eidem Margarete duas mappas de melioribus quas habeo eligendas et decem marcas bonis meis levandas ad maritagium eiusdem quatuorque vaccas decem oves matrices cum angniculis ac quinque coclearia argentea usitata. Item lego rectori de Dalderby unam togam de blodio mixto absque furrura cum capucio de russeto albo. Item lego domino Willelmo capellano domini Nicholai Hebden' militis unum capucium de scarleto duplicatum cum nigro. Item lego Thome [Brake] consanguineo meo unum lectum de rubio worsted cum tapeto, unum par lintheaminum, unam togam de russeto albo et meam clocam de russeto albo duplatis. Item lego eidem Thome meum superpellicium melioremque equum meum uno excepto cum peiori sella ac meum portiforium cum aliis parvis quaternis. Item lego predicte ecclesie mee de Scryvelby unum librum nuncupatum *Legenda Sanctorum*. Item lego Willelmo Scathelok' servienti meo unum bovem de melioribus quos habeo quatuor exceptis. Item lego uxori eiusdem Willelmi unam sucuelam refectam cum porcellis. Item lego Margarete Danyell' de Scryvelby servienti mee unam vaccam. Et parvo Simoni servienti meo vitulum etatis unius anni. Item volo quod lardarium meum integraliter disponatur in exequiis meis pro refeccione pauperum et aliorum supervenencium. Item lego Nicholao Gybthorp' armigero executori meo pro labore suo xx solidos absque expensis suis circa acquietancionem pro bonis meis sumptibus ubilibet levandis. Item lego Johanni Brake meum basalardum de argentatu'. Item

volo quod septem virgatas et dimidium panni viridi et blodii equali porcione dividantur inter eundem Johannem et Margaretam uxorem eiusdem ac Robertum Sawery. Item lego predicte Margarete nepte mee meliorem pelvium cum lavacro. Item lego Johanni Hardpeny de Conyngesby fabro tres oves matrices cum angniculis. Item lego prefatis Margarete et Isabelle neptis meis xxiiij virgatas panni albi et russeti inter eos equaliter dividendas. Residuum vero omnium bonorum cuiuscumque generis fuerint non legatorum, volo per executores meos infrascriptos iusto precio vendi et distribuendi quam cito commode poterit, et eorum precium in usus pauperum et alios pios usus pro salute anime mee converti. Et ad fideliter exequendum dictam voluntatem meam ultimam constituto et ordino dilectos in Christo dominum Thomam Brake, rectorem de Oundell' Lincoln' diocesis Johannem [*Folio 53*] Brake consanguineum suum et Nicholaum Gybthorp' armigerum executores meos, ut ipsi coniunctim et divisim cum supervisione dominorum Nicholai Hebden' et Thome Dymmok' militum quatenus est eis possibile disponant pro anima mea prout secundum deum et eorum conscienciam melius noverint expedire. Scriptum et factum est presens testamentum apud ecclesiam de Scryvelby predicta die veneris ante dominicam qua cantatur officium *Quasi modo geniti*, etc. anno domini millesimo cccc^{mo} undecimo.

Approbacio testamenti per commissarium episcopi. Presens testamentum fuit exhibitum et legitime probatum coram nobis Thoma Asgardeby clerico reverendi in Christo patris et domini domini Philippi dei gracia Lincoln' episcopi in partibus Lyndesey et decanatu Holand' sequestratore et commissario generali in ecclesia parochiali de Screvelby xxvij^{o} die mensis Aprilis anno domini millesimo cccc^{mo} undecimo ac per nos probatum et insinuatum. Et commissa est administracio omnium bonorum dicti defuncti Johanni Brake et Nicholao Gybthorp' executoribus infranominatis in forma iuris iuratis, domino Thome Brake rectore ecclesie parochialis de Oundell' alio executorii infra nominati eius administracionis penitus renunciante. In cuius rei testimonium sigillo officii nostri presentibus est appensum. Dat' die loco et anno domini supradictis.

Ratificacio episcopi. Nos vero Philippus permissione divina Lincoln' episcopus premissa inspiciens huius testamenti approbacionem insinuacionem et administracionis bonorum infrascripti testatoris commissionem per supradictum dominum Thomam Asgardeby sequestratorem et commissarium nostrum predictum superius facta ratas habemus pariter et acceptas et pro sufficiencia approbacionis insinuacionis et commissionis predictarum pro omnibus bonis dictum testamentum concernencium et infra diocesim nostram Lincoln' ubilibet existencium decernimus pronunciamus et declaramus eciam in hiis scriptis. In cuius rei testimonium sigillum

nostrum est appensum. Dat' in castro nostro de Sleford' septimo die mensis Maii anno domini millesimo cccc^mo^ undecimo, et nostre consecracionis anno septimo.

1411. June 5th, Sleaford. Letters dimissory to William Ronhall (Ronhale), clerk, having the first tonsure, to all orders. [B.]

1410/11. January 31st. Indenture between Bishop Repingdon and the dean and chapter of the collegiate church of Irthlingborough[1] for the customary payment to the bishop of 13s. 4d. yearly and of visitation procurations. In default of such payments, the rents of the collegiate church may be sequestrated. The undertaking given by the dean and chapter, that the agreement shall be observed, is confirmed by the abbot of Peterborough and by William Huddleston, esquire, on February 1st.

Obligacio decani et capituli de Irtlyngburgh' pro pensione.[2] Hec indentura facta inter nos Philippum permissione divina Lincoln' episcopum ex parte una ac dominum Ricardum Martefeld' de Frysby decanum ecclesie collegiate de Irtlyngburgh' Lincoln' diocesis de ecclesia parochiali in collegiata auctoritate apostolica noviter erecte et eiusdem ecclesie capitulum ex parte altera testatur quod nonnulla varia et diversa commoda ab et de ipsa ecclesia de Irtlyngburgh' predicta ad episcopos Lincoln' et ecclesiam Lincoln' tam de iure quam de antiqua usitata observata legitimeque prescripta consuetudine temporibus vacacionis dicte ecclesie de Irtlyngburgh' et aliis diversis temporibus provenerunt et in eventu proventura fuissent si ereccio dicte ecclesie in ecclesiam collegiatam facta non fuisset, quibus ipsi episcopi et ecclesia Lincoln' occasione ereccionis ecclesie parochialis de Irtlyngburgh' memorata in collegiatam carebunt verisimiliter in futurum. Hinc est quod nos prefati Ricardus Martefeld' decanus et capitulum ex communi et unanimi consensu nostro ad hec capitulariter congregatorum tractatu solempni et diligenti prehabitis et concurrentibus omnibus et singulis de iure et de forma in hac parte requisitis, per presens scriptum indentatum nos firmiter obligamus et astringimus prefato reverendo in Christo patri et domino domino Philippo dei gracia Lincoln' episcopo et successoribus suis episcopis Lincoln' qui pro tempore erunt in futurum imperpetuum in quadam annua pensione tresdecim solidorum et quatuor denariorum sterlingorum solvenda

[1] The parish church of Irthlingborough became a collegiate church in the late fourteenth and early fifteenth centuries, in accordance with the will of John Pyel, merchant. The bishops of Lincoln opposed the foundation, which was finally established by papal authority. See A. Hamilton Thompson, "The Early History of the College of Irthlingborough", in *Associated Architectural Societies' Reports and Papers*, xxxv (1920), p. 267.

[2] There is a note in the left-hand margin, in a different hand: "Nota pro procuratoribus episcopi visitantibus collegium de Irtlingburg', viz. xxvj s. viij d." This entry is much defaced by stains.

prefato reverendo patri episcopo supradicto et ipsius successoribus episcopis Lincoln' qui pro tempore fuerint vel eorum nunciis sive nuncio in festo Nativitatis sancti Johannis Baptiste in palacio ecclesie sue Lincoln' perpetuis temporibus annuatim pro indempnitate ecclesie Lincoln' predicte. Nisi cum contigerit prefatum reverendum patrem vel suos successores episcopos de triennio in triennium cum ei vel eis placuerit nos et ecclesiam nostram collegiatam predictam visitare. Qui predicti episcopi et successores sui episcopi eorum temporibus nomine procuracionis percipiet et percipient viginti sex solidos et octo denarios sterlingorum visitacionis offic . . . . .[1] . . . . . .[1] de nobis et ecclesia nostra collegiata antedicta, pensione predicta pro eo anno quo collegium nostrum antedictum per eosdem episcopos visitatum nullatinus exigenda prout in ereccione ecclesie in collegium et ipsius ecclesie statutis et ordinacionibus et processu inde facto sufficienter continetur. Et si contingat nos decanum et capitulum ecclesie collegiate de Irtlyngburgh' memorata vel successores nostros in solucione dicte pensionis tresdecim solidorum et quatuor denariorum sive procuracionis viginti sex solidorum et octo denariorum terminis et loco antedictis sub modo et forma predicta facienda in parte vel in toto deficere, extunc liceat prefato reverendo patri et domino domino Philippo episcopo Lincoln' qui nunc est et ipsius successoribus episcopis Lincoln' qui pro temporis erunt nobis decano et capitulo seu nostris successoribus non vocatis absque aliquo processu iudiciali de fructibus redditibus et proventibus ac emolumentis quibuscumque ad dictum nostrum collegium qualitercumque provenientibus easdem pensionem tresdecim solidorum et quatuor denariorum ac procuracionem viginti sex solidorum et octo denariorum sua propria auctoritate absque cause cognicione et iuris ordine quibuscumque exigere colligere et levare, ac eciam post lapsum terminorum huiusmodi fructus redditus et proventus ac emolumenta quecumque ecclesie nostre collegiate antedicte sequestrarie eosque et ea sub tuto et arto tenere servare et custodire sequestro, quousque de pensione tresdecim solidorum et quatuor denariorum ac procuracione viginti sex solidorum et octo denariorum predictis una cum dampnis arreragiis et expensis que occasione premissa idem reverendus pater episcopus Lincoln' qui nunc est et successores sui episcopi qui pro temporis erunt incurrerint in eisdem per nos decanum et capitulum predictos nostrosque successores futuros plenarie fuerit satisfactum. Et nos decanus et capitulum antedicti quibuscumque iuris remediis specialibus vel generalibus et presertim appellacionum querelarum prohibicionum regiarum in integrum restitucionem et aliis quibuscumque tam iuris ecclesiastici quam secularis privilegiis nobis et ecclesie nostre collegiate antedicte quacumque auctoritate concessis seu concedendis ad impediendum seu retardandum solucionem annue pensionis tresdecim solidorum et quatuor denariorum [*Folio 53*^{v}]

[1] Illegible.

ac procuracionis viginti sex solidorum et octo denariorum predictorum in parte vel in toto competentibus vel competentis ex certa sciencia renunciamus in hiis scriptis. In quorum omnium testimonium uni parti huius indenture penes prefatum reverendum patrem dominum Lincoln' episcopum et successores suos episcopos remanenti nos decanus et capitulum antedicti nostrum commune sigillum apposuimus. Et nos Philippus episcopus Lincoln' antedictus alteri parti eiusdem indenture penes dictos decanum et capitulum remanenti fecimus sigillum nostrum apponi. Dat' in domo capitulari ecclesie collegiate de Irtlyngburgh' supradicta ultimo die mensis Januarii anno domini millesimo cccc^{mo} decimo.

Scriptum decani et capituli factum episcopo ad distringendum pro eadem pensione in omnibus terris etc. Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, Ricardus Martefeld' de Frysby decanus ecclesie collegiate de Irtlyngburgh' Lincoln' diocesis et eiusdem loci capitulum salutem in domino. Cum nos [(a)] et ecclesia nostra collegiata predicta causa ereccionis eiusdem ecclesie quondam parochialem nuper in ecclesiam collegiatam auctoritate apostolica ordinaria erectam a tempore ereccionis huiusmodi pro eo quod ad tunc episcopus Lincoln' te successores sui episcopi Lincoln' nonnulla commoda et proficua que ex vacacionibus eiusdem ecclesie parochialis provenissent si in ecclesiam collegiatam erectam non fuisset amisit amiserunt et amitterent verisimiliter in futurum teneamur et obligemur. Reverendo in Christo patri et domino domino Philippo dei gracia nunc Lincoln' episcopo et successoribus suis episcopis Lincoln' pro tempore existentibus ac predecessoribus predicti nunc episcopi a tempore ereccionis ecclesie predicte predecessores nostri tenebantur in quodam anno redditu sive pensione tresdecim solidorum et quatuor denariorum imperpetuum in festo Nativitatis sancti Johannis Baptiste annuatim solvendo ac de nobis predecessoribus et successoribus nostris in palacio ecclesie Lincoln' percipiendo causa indempnitatis dicti episcopi et successorum suorum. Tempore vero visitacionis per dictum episcopum aut successorum suorum aliquem de triennio in triennium si placuerit in dicto collegio faciende nomine procuracionis percipiat viginti sex solidos et octo denarios pensione pro dicto quo prefatum collegium ab ipso visitatur nullatenus erigenda. Sciatis nos prefatos decanum et capitulum per presentes recognovisse et concessisse predictum annuum redditum seu pensionem fore et esse predicto episcopo predecessoribus et successoribus suis a tempore ereccionis ecclesie predicte in ecclesiam collegiatam ut predictum est debite. Et nos et successores nostros predicto episcopo et successoribus suis de predicto annuo redditu sive pensione pro ecclesia predicta annuatim ut predictum est solvendo onerari obligari et teneri. Nos volentes pro nobis et successoribus nostris quod predictus annuus redditus sive pensio predicto episcopo et successoribus suis bene et pacifice absque

hesitacio placito vexacione sive impedimento annuatim ut predictum est, decetero bene et fideliter ut est iustum solvatur pro maiori securitate dicti nunc episcopi et successorum suorum in hac parte habenda, volumus et concedimus pro nobis et successoribus nostris per presentes, quod si contingat predictum annuum redditum sive pensionem post aliquod festum quo solvi debeat ut predictum est aretro fore in parte vel in toto, extunc bene liceat predicto nunc episcopo et successoribus suis tam in ecclesia nostra predicta quam in omnibus terris et tenementis que habemus cum pertinenciis suis pro predicto annuo redditu sive pensione distringere et districciones illas de loco in locum ac de comitatu in comitatum fugare abducere asportare et retinere ubicumque eis placuerit pro voluntate sua quousque de predicto annuo redditu sive pensione una cum arreragiis eiusdem ac de dampnis suis et expensis in hac parte plenarie fuerit satisfactum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune fecimus hiis appono. Dat' in domo nostra capitulari ecclesie nostre collegiate de Irtlyngburgh' predicta ultimo die mensis Januarii anno domini millesimo cccc^{mo} decimo, et anno regni Regis Henrici quarti post conquestum Anglie duodecimo.[(b)]

Confirmacio abbatis et conventus de Burgo sancti Petri super eodem scripto. Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, nos abbas de Burgo sancti Petri et eiusdem loci conventus salutem in domino. Inspeximus scriptum dilectorum nobis Ricardi Martefeld' de Frysby decani ecclesie collegiate de Irtlyngburgh' Lincoln' diocesis et eiusdem loci capituli reverendo in Christo patri domino Philippo episcopo Lincoln' et successoribus suis episcopis factum in hec verba. Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Ricardus Martefeld' de Frysby decanus ecclesie collegiate de Irtlyngburgh' Lincoln' diocesis et eiusdem loci capitulum salutem in domino. Cum nos etc.[1] [*to Folio 54*]. Sciatis nos predictos abbatem et conventum unanimi assensu predictum scriptum per dictos decanum et capitulum sic factum et quicquid in eo continetur concessisse ratificasse approbasse ac pro nobis et successoribus nostris predicto episcopo et successoribus suis imperpetuum confirmasse. In cuius rei testimonium huic presenti scripto sigillum nostrum commune fecimus apponi. Dat' in domo nostra capitulari apud Burgum sancti Petri predicto primo die mensis Februarii anno supradicto.

Confirmacio Willelmi Hodulston' super eodem scripto. Omnibus Christo fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Willelmus Hodulston' armiger salutem in domino sempiternam. Inspexi scriptum dilectorum michi in Christo Ricardi Martefeld' de Frysby decani ecclesie collegiate de Irtlyngburgh' Lincoln' diocesis et eiusdem ecclesie capituli reverendo in Christo patri ac domino

[1] As *supra*, [(a)] to [(b)].

domino Philippo dei gracia Lincoln' episcopo et successoribus suis episcopis factum in hec verba. Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Ricardus Martefeld' de Frysby decanus ecclesie collegiate de Irtlyngburgh' Lincoln' diocesis et eiusdem ecclesie capitulum salutem in domino. Cum nos etc.[1] Sciatis me predictum Willelmum Hodulston' predictum scriptum per predictos decanum et capitulum sic factum et quicquid in eo continetur concessisse ratificasse approbasse ac pro me et heredibus meis predicto episcopo et successoribus suis imperpetuum confirmasse. In cuius rei testimonium huic presenti scripto sigillum meum apposui. Dat' apud Irtlyngburgh' predicta primo die mensis Februarii anno supradicto.

[*Folio 54v*]

1411. April 25th, Lincoln. Ratification by Bishop Repingdon of the union of the chantry in St. Mary's chapel in Easton on the Hill parish church, with the church, owing to the insufficiency of the chantry's resources.

Unio Cantarie de Eston' iuxta Stamford' facta in ecclesia parochiali ibidem. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis vel audituris Philippus permissione divina Lincoln' episcopus salutem. Ad certitudinem presencium et perpetuam memoriam futurorum, quia in emergencium varietate negociorum sic humani fallitur incertitudo iudicii ut quod coniectura pro tempore credidit proficuum subsequens experiencia nocumentum repperit et dampnosum, non est enim nota reprehensionis dignum quod iuxta declinos cursus temporum statuta quandoque variantur humana presertim cum urgens necessitas et evidens utilitas id exposcant. Sane tam ex plurimorum fidedignorum frequenti et clamosa insinuacione quam rei evidencia facta que notorietate nostris auribus fuit et est multipliciter intimatum quod cantaria pro animabus domine Elianore quondam Regine Anglie ac Henrici Sampson' dudum rectoris ecclesie parochialis de Eston' iuxta Stamford' nostre diocesis ac Sampsonis patris et Isabelle matris eiusdem Henrici defunctorum antiquitus fundata et ordinata in capella sancte Marie virginis infra ecclesiam de Eston' predictam de uno capellano divina annuatim pro animabus predictis perpetuo celebraturo, adeo decrevit et in se exilis existit quod vix ad quartam partem salarii seu sustentacionis congrue annalis pro uno capellano eidem in premissis servituro aliaque onera eidem necessario incumbencia eiusdem cantarie facultates universe non sufficienter hiis diebus nec verisimiliter unquam sufficere poterunt in futurum. Unde consideratis diutina vacacione eiusdem cantarie propter ipsius nimiam exilitatem iam plures annos occasione premissa vocantis et inofficiate dimisse ipsius que dampnis et incommodis iam ingruentibus

[1] As *supra*, (a) to (b).

et que inposterum quod absit evenire formidantur, fuit ex parte dilecti nobis in Christo domini Roberti Seynkell' nunc rectoris dicte ecclesie parochialis de Eston' humiliter supplicatum ut cum pium propositum fundatorum huiusmodi iuxta ipsorum primevum intentum in ipsius cantarie fundacione primaria occasione premissa quod dolemus perfici seu compleri non valeat quatinus eandem cantariam sic exilem cum ipsius iuribus et pertinenciis universis que iam habet eidem ecclesie parochiali de Eston' unire annectere et incorporare auctoritate nostra ordinaria dignaremur, ut videlicet unione annexione et incorporacione huius per nos factis et completis rector eiusdem ecclesie de Eston' qui iam est, eius que successores ipsam cantariam tanquam eidem ecclesie annexam unitam et incorporatam simul cum dicta ecclesia perpetuis futuris temporibus sub nomine rectoris ecclesie parochialis de Eston' valeant adipisci et rectores institui canonice in eadem quod que ipse idem rector qui iam est omnes que successores predicti habeant memoriam specialem de animabus fundatorum cantarie eiusdem et aliorum fidelium defunctorum una die singulis septimanis per annum in missa sua parochialia in dicta ecclesia perpetuo celebranda, videlicet cum oracione *In domina* etc. eius secreto et postcommunio subsequentibus et post decessum eiusdem domini Roberti rectoris ut predicitur incumbentis anima ipsius in memoria similiter habeatur dicto die inter animas predictorum, obitus que sive dies anniversarius eorundem simul cum obitu eiusdem Roberti cum ab hac luce migraverit uno et eodem die, videlicet idus Marcii prout ab antiquo fieri solebat pro animabus fundatorum huiusmodi semel in anno observetur. Et quia dicta cantaria fundabatur abolim ut predicitur in capella sancte Marie virginis in ecclesia de Eston' predicta subiunxit eiusdem rectoris in hac parte supplicacio quod missa solemnpnis cum nota et de sancta Maria omni festo Assumpcionis et Nativitatis eiusdem in eadem capella per rectorem et rectores predictos seu per aliquem alium capellanum ydoneum per eum seu eos ad eorum expensas ad hoc deputandum pro die perpetuo devotissime celebretur. Et nichilominus ad premissa omnia et singula imperpetuum firmiter observanda quod qualitercumque contigerit dictam ecclesiam vacare inposterum tam ipse rector qui nunc est quam alius quiscumque superveniens novus rector in dictam ecclesiam instituendus in admissione sua coram nobis et successoribus nostris episcopis Lincoln' pro tempore existentibus sede plena et ea vacante coram custode spiritualitatis episcopatus Lincoln' aut nostris seu eius deputatis tactis sacrosanctis dei evangeliis iuramentum specialiter prestet speciale. Nos vero paterne sollicitudinis studio de et super causis unionis annexionis et incorporacionis huiusmodi licet modammodo note et manifeste extiterint evidencius informari volentes per probos viros et fidedignos dicte ecclesie parochianos et alios pleniorem in hac parte noticiam obtinentes auctoritate nostra ordinaria admissos iuratos et diligenter examinatos diligentem et

solertem fieri fecimus inquisicionem. Et tam per inquisicionem eandem quam alia documenta legitima coram nobis iudicialiter exhibita et ministrata causas superius expressatas omnes et singulos luculenter invenimus veritate fulciri quod que urgens necessitas et evidens utilitas animarum unionem annexionem et incorporacionem huiusmodi fieri exigunt et exposcunt post tractatum solempnem et diligentem cum decano et capitulo ecclesie nostre Lincoln' capitulariter congregatis de et super causis et materiis unionis annexionis et incorporacionis premissarum precedentem habitum et celebratum et de eorundem, necnon omnium aliorum et singulorum quorum intererat consensu pariter et assensu expressis cause cognicione et iuris ordine omnibus que aliis et singulis de iure seu consuetudine in hac parte requisitis rite et legitime observatis ad unionem annexionem et incorporacionem cantarie huiusmodi ecclesie parochiali predicte procedimus in hunc modum. In dei nomine amen. Nos Philippus permissione divina Lincoln' episcopus solum deum pro oculis habentes et auctoritate nostra ordinaria in hac parte rite et legitime procedentes, cantariam pro animabus domine [*Folio 55*] Elianore quondam Regine Anglie ac Henrici Sampson' dudum rectoris ecclesie parochialis de Eston' iuxta Stamford' nostri Lincoln' diocesis Sampsonis patris et Isabelle matris eiusdem Henrici defunctorum antiquitus fundatam et ordinatam in capella sancte Marie virginis infra ecclesiam de Eston' predicta et uno capellano pro animabus eorundem divina perpetuo celebraturo iam adeo exilem et tanta exilitate per mundi huius infortunia depressam quod vix ad sustentacionem quarto partis stipendii sive salarii competentis pro uno capellano eidem servituro ipsius fructus redditus et proventus non suppetunt nec inposterum verisimiliter sufficere poterunt in ecclesiam parochialem de Eston' predictam et eidem ecclesie unimus annectimus et incorporamus et in ipsam ecclesiam transferimus et consolidamus ac in domini Roberti Seynkell' rectoris eiusdem qui nunc est eiusque successorum eiusdem ecclesie rectorum proprios usus perpetuo possidendam concedimus in hiis scriptis. Statuimus eciam et ordinamus quod idem rector qui iam est ipsius que successores eandem cantariam eidem ecclesie annexam incorporatam unitam et consolidatam sub nomine rectoris ecclesie parochialis de Eston' perpetuo habeant et possideant. Quod que dicti rectores eorum ve locumtenentes capellani parochiales dicti ecclesie memoriam de animabus predictorum ac animam dicti domini Roberti Seynkell' cum ab hac luce migraverit necnon animabus omnium fidelium defunctorum una die singulis septimanis per annum imperpetuum in missa sua parochialia ibidem celebranda cum oracione *In domina* etc. ac secreto et postcommunio suis faciant specialem et ultra hoc diem anniversarium eorundem uno et eodem die, videlicet idus Marcii cum exequiis et servicio mortuorum solempniter celebrent vel ad eorum expensas ibidem solempniter faciant celebrari. Hoc insuper pretermittendi

fore non videmus prout ex honestate et sana consciencia preterire non possimus quin ad hec statuamus prout tenore presencium statuimus et perpetuo stabilimus quod de cetero quolibet festo Assumpcionis et Nativitatis beate Marie virginis in cuius honore fundabatur capella dicte cantarie missam de festo eiusdem rector eiusdem ecclesie qui pro tempore fuerit per se solempniter celebrabit vel per alium capellanum idoneum devote faciet celebrari. Oneraque insuper eidem cantarie si que fuerint ordinaria vel extraordinaria incumbencia necnon pensionem annuam octo denarios nobis et successoribus nostris episcopis Lincoln' qui pro tempore fuerint quam pensionem annuam racione et ex causa indempnitatis nostre et ecclesie nostre Lincoln' imponimus dicti rectores successivis eorum temporibus perpetuo annuo in festo sancti Michaelis Archangeli subibunt et persolvent indilate, et ne quod absit per negligenciam vel incuriam premissa quomodolibet inposterum omittantur statuimus eciam ordinamus ea omnia et singula perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observanda per rectores ecclesie de Eston' antedictos et pro tempore existentes et quod de fideliter observando premissa omnia per nos in hac parte statuta et ordinata dicti rectores videlicet quilibet eorundem in admissione sua ad dictam ecclesiam tactis sacrosanctis dei evangeliis corporaliter prestet speciale iuramentum. Si quid vero humano intellectui in hac parte dubium vel obscurum emerserit illud interpretandi et declarandi nobis et successoribus nostris potestatem inposterum specialiter reservamus. In quorum omnium fidem et testimonium presentes litteras nostras per magistrum Thomam Colston' clericum notarium publicum nostrum in hac parte scribam publicari et in publicam formam redigi eius que nomine et signo solitis et consuetis signari ac nostri sigilla ad causas appensione fideliter fecimus communiri. Dat' et adfuerunt hec omnia et singula in ecclesiam nostram Lincoln' sub anno ab incarnacione domini secundum cursum et computacionem ecclesie Anglicane millesimo quadringentesimo undecimo Indiccione quarta Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Johannis divina providencia pape vicesimo tercii anno primo et mensis Aprilis die vicesima quinta, nostreque consecracionis anno septimo. Presentibus tunc ibidem discretis viris magistris Thoma Brouns in legibus licenciato rectore ecclesie parochialis de Alesby et Roberto Scarle clerico auctoritate apostolica notario publico Lincoln' et Ebor' diocesium testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Subscripccio notarii. Et ego Thomas Colstone clericus Lincoln' diocesis publicus auctoritate apostolica notarius dicti que reverendi in Christo patris et domini domini Philippi dei gracia Lincoln' episcopi in hac parte actorum scriba premissis omnibus et singulis dum sit ut premittur sub anno domini Indiccione Pontificatu mense die et loco predictis per dictum reverendum patrem episcopum Lincoln' et coram eo agebantur et fiebant una cum testibus

prenominatis presens personaliter interfui ea que omnia et singula sic fieri vidi et audivi et de mandato dicto reverendi patris domini Lincoln' episcopi scripsi publicavi et in hac publicam formam redegi meque subscripsi ac signo et nomine meis solitis et consuetis una cum appensione sigilli eiusdem reverendi patris ad causas signavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum. Et constat michi notario predicto et interlineari harum diccionum sub anno domini Indiccione Pontificatu mense die et loco predictis inter primam et secundam lineas presentis me subscripccionis facta quod approbo defectum proprium corrigendo.

[*Folio 55v*]

1411. June 3rd, Lincoln. Dispensation by direction of the papal penitentiary to Thomas Rome and Matilda Pryde, who have contracted matrimony although related within the fourth degree of consanguinity.

Thom' Rome et Matild' Pryde dispensacio. iij° die mensis Junii anno domini millesimo cccc^mo^ xj° apud Lincoln' reverendus in Christo pater et dominus dominus Philippus dei gracia Lincoln' episcopus auctoritate quarumdam litterarum commissarum eidem reverendo patri per reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Petrum miseracione divina episcopum Tusculan' directarum cum Thoma Rome et Matilda Pryde Lincoln' diocesis misericorditer dispensavit quod ipsi in quarto et iiij^to^ gradibus consanguinitatis constituti ipso defectu non obstante in matrimonio inter eos contracto remanere et ad ipsius consummacionem et solempnizacionem procedere licite valeant prolem ex huiusmodi matrimonio suscipiendo legitimam nunciando et decernendo.

1411. June 4th, Sleaford. Dispensation by direction of the papal penitentiary to Robert Florys, clerk, of Pinchbeck, to proceed to all orders and to hold a benefice with cure, notwithstanding his illegitimacy.

Robert' Florys de Pynchebek' dispensacio. Item iiij° die Junii anno domini ut supra apud Sleford' reverendus in Christo pater et dominus dominus Philippus dei gracia Lincoln' episcopus auctoritate litterarum reverendissimi patris domini Petri miseracione divina episcopi Tusculan' eidem reverendo patri episcopo Lincoln' directarum cum quodam Roberto Florys de Pynchebek' Lincoln' diocesis clerico de coniugato genito et soluta quod ipso defectu non obstante possit ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere eciam si curam habeat animarum secundum formam litterarum huiusmodi misericorditer in domino dispensancium.

1411. July 6th, Sleaford. Licence to Edward Bridham (Brydham), rector of Kettlethorpe (Ketylthorp'), for two years' non-residence, "causa visitandi limina apostolicorum in urbe etc." [H.]

1411. August 29th, Sleaford. Licence to Richard Coward, chaplain of a chantry in Scremby church, to celebrate one anniversary on account of the poverty of his benefice, the permission to last for three years.

xxix^{mo} die mensis Augusti anno domini millesimo cccc^{mo} xj^{o} apud Sleford' concessa fuit licencia domino Ricardo Coward' capellano cantarie in ecclesia de Skremby Lincoln' diocesis quod possit celebrare unum annale pro defunctis in dicta ecclesia per triennium propter exilitatem dicti beneficii sui.

1411. June 4th, Sleaford. Dispensation by authority of the papal penitentiary to Thomas Thirkell, clerk, to proceed to all orders and to hold a benefice with cure, notwithstanding his illegitimacy.

Thirkull' dispensacio. iiij^{to} die mensis Junii anno domini supradicto apud Sleford' reverendus in Christo pater dominus Philippus dei gracia Lincoln' episcopus auctoritate litterarum reverendissimi patris domini Petri miseracione divina episcopi Tusculan' sibi commissa dispensavit cum Thoma Thurkell' clerico Lincoln' diocesis de soluto genito et soluta quod ipso defectu non obstante possit ad omnes promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere eciam si curam habeant animarum etc. ut in forma.

1411. September 6th, Buckden. Licence for the private celebration of divine services to the Cistercian monks at Trillock's Inn, Oxford, for five years.

vj^{to} die mensis Septembris anno domini millesimo cccc^{mo} xj^{mo} apud Bugden' concessum fuit oratorium monachis ordinis Cist' commorantibus in aula de Trilloquesyn'[1] Oxon' quod possint divina facere celebrari in capella sive oratorio infra predictam aulam per quinquennium.

Same date and place. Letters dimissory to Richard Hervy, master of arts, to all orders. [B.]

Same date and place. Licence to William Gascoigne, knight, Thomas Tyberay, clerk, and Robert Peake for the private celebration of divine services in the house of Robert Peake at Huntingdon.

[1] Trillock's Inn, with Rose Hall, was granted to the warden and scholars of New College in 1391. H. Hurst, *Oxford Topography* (O.H.S.), p. 88.

Item eisdem die et loco concessa fuit licencia Willelmo Gascoigne militi Thome Tybrey clerico et Roberto Peek' et Cecilie eius uxori quod possint facere divina celebrari in capella sive oratorio infra hospicium quod idem Robertus inhabitat apud Huntyngdon' per triennium.

1411. September 22nd, Old Temple. Letters dimissory to Robert Symond (Simond'), acolyte, to all orders. [B.]

Same date and place. Dispensation to John Rayncok, rector of the mediety of Stoke (Stokes) church, subdeacon, for three years' study, in accordance with the clause "Cum ex eo". [C.]

1411. September 23rd, Old Temple. Licence to John Skillington, rector of Lewknor, to celebrate one anniversary to pay for the repair of his rectory, which has been damaged by fire. The permission is to last for one year.

Item xxiij^{mo} die eiusdem mensis ibidem dominus concessit licenciam domino Johanni Skyllyngton' rectori de Leukenor' celebrandum annale pro defunctis per unum annum propter incendium rectorie sue redempcionem solvendum etc.

Same date and place. Letters dimissory to William Taylor (Taylour), subdeacon, to all orders. [B.]

1411. October 16th, Sleaford. Indulgence for the repair of the causeway and bridge between St. Saviour's Priory[1] and the town of Donington in Holland.

xvj^{to} die mensis Octobris anno domini millesimo cccc^{mo} xj^{mo} apud Sleford' concessa fuit indulgencia Thome Heremite de Sylrys[2] et Johanni Sempier capellano pro reparacione calceti et pontis de Brygdyk' inter prioratum sancti Salvatoris et villam de Donington' in Holand' ad triennium.

1410/11. Testament of John Hauberk, canon of Lincoln, prebendary of Leighton Manor and rector of Ecton and Barwell. Dated October 11th, at the bishop of Lincoln's house in London. Proved before Bishop Repingdon at Liddington on September 28th, 1411.

Testamentum magistri Johannis Hauberk.[3] In dei nomine amen. Ego Johannes Hauberk' decretorum doctor rector ecclesiarum de Ekton' et de Barwell' ac canonicus in ecclesia Lincoln' et prebendarius prebende de Leghton' manerii in eadem, intendens dei mediante gracia ad curiam proficisci die sabbati proximo ante

[1] Bridge End (or Holland Bridge) Priory (Gilbertine).
[2] Cf. *supra*, I, p. 44, note.
[3] Abstract in *Linc. Wills*, p. 123.

festum sancti Edwardi Regis et confessoris anno domini millesimo cccc^mo decimo in hospicio reverendi in Christo patris domini Philippi episcopi Lincoln' personaliter constitutus condo et facio testamentum in hunc modum. In primis do et lego animam meam deo omnipotenti et beate Marie semper virgini matri eiusdem et omnibus sanctis dei et corpus meum tradendum sacre sepulture ubi deus voluerit. Item do et lego Agneti Wecheharm matri mee togam meam de scarleto cum capucio eiusdem furrato. Item lego eidem matri mee unam togam de musterdevylers cum capucio et collobio eiusdem panni. Item lego eidem matri mee unum pelche de otur. Item lego Roberto fratri meo seniori libratam meam de panno viridi ac huc non aptam nec factam quam habui ex dono abbatis et conventus de Burgo sancti Petri. Item do et lego eidem fratri meo unum jak' et meum dubletum quem emi a Willelmo Begworth' Northampton'. Item lego superpellicium meum capelle de Wyham. Ita quod quilibet capellanus qui ibidem deserviet eo utatur quam diu duraverit. Item lego domino Ricardo Mox capellano illam togam cum capucio quam feci et aptavi de librata mihi data per abbatem et conventum de Ramesey. Item lego Roberto Hauberk' fratri meo iuniori unam tabardam meam viridem cum toga et capucio sine tamen furrura et pellura eorundem. Item vestes mee omnes et singule non legate dividantur inter filios et filias Henrici Gerneys de Herdby secundum executorum meorum.[1] Item lego Agneti matri mee unam furruram de greye cum qua quondam furratum fuit [*Folio 56*] unum collobium meum. Item volo quod illa furrura de menyver que est in blodio collobio meo et omnes alie furrure mee non legate quod vendantur [per] executores meos. Item lego cuidam Cecilie quondam servienti mee et consanguinee mee tresdecim solidos et quatuor denarios. Item volo quod parochiani de Gerthorp' habeant viginti solidos ad emendendum eis unum vestimentum. Item do et lego viginti solidos refeccioni et reparacioni ecclesie de Ekton'. Item do et lego decem solidos refeccioni ecclesie de Barewell'. Item do et lego refeccioni et reparacioni rectorie de Hakclyf viginti solidos. Item lego refeccioni et reparacioni rectorie de Cottusford' viginti solidos. Item lego refeccioni capelle de Wyham viginti solidos ac refeccioni capelle de Caldewell' decem solidos. Item volo quod omnia terre et tenementa mea que habeo in villa de Northampton' Caldewell' et Gayton' sint eisdem personis talliata de quibus personis sit sufficiens mencio in carta mea talliata de manerio de Nortoft ad istud testamentum fideliter exequendis complendis et proficiendis ac eciam voluntatem in quodam codicillo contentam et comprehensam ac manu mea scriptam dilectos mihi in Christo Agnetem Wecharm' matrem meam magistros Willelmum Burton' Robertum Scharle Robertum Hauberk' fratrem meum seniorem Willelmum Breton' clericum et Johannem Bluet de Somerby meos ordino facio et

[1] *Sic.*

constituo executores et reverendum in Christo patrem dominum Philippum permissione divina Lincoln' episcopum in hac parte supervisorem. In quorum omnium et singulorum premissorum testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Et in maiorem fidem premissorum omnium et singulorum sigillum officialitatis Lincoln' eciam apponi procuravi. Dat' London' die anno et loco supradictis.

Ultima voluntas sive codicellus. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Hec est voluntas mei Johannis Hauberk' rectoris ecclesiarum de Ekton' et Barewell' canonici in ecclesia Lincoln' et prebendarii prebende de Leghton' manerii in eadem. In primis volo quod ante omnia debita mea persolvantur per manus executorum. Item volo quod dominus Philippus dei gracia Lincoln' episcopus habeat meliorem peciam meam cum coopertorio deaurato. Item quod uniusquisque executorum meorum habeat pro labore suo xl s. Item volo quod melior lectus meus cum magnis curtinis et toto apparatu cum uno pari meliorum meorum linthiaminum habeat Robertus frater meus senior. Item volo quod lectus meus rubius cum duobus curtinis rubiis in quo iacui apud Sleford' cum uno pari linthiaminum habeat Robertus frater meus iunior. Item volo quod mater mea habeat meliorem meam aulam. Item volo quod Robertus frater meus senior habeat omnes ceteras meas aulas. Item volo quod Nicholaus filius Henrici Gerneys habeat unum coopertorium cum tapeto et unum par linthiaminum. Item volo quod Elizabet Breton' habeat decem marcas ad maritagium suum. Item volo quod omnes libri mei vendantur post mortem meam ut melius et sanccius videatur executoribus meis et quod reserventur et ponantur in aliquo loco securo. Ita quod proximior consanguineus meus qui fuerit transiturus ad scolas Oxon' vel Cantibr' illos habere posset tempore vite sue et subsequenter proximior meus consanguineus meus post illum et quod sic deinceps remanerent ad consanguineos meos omnes et singulos futuros suis temporibus imperpetuum facta premitus sufficienti securitate custodi illius loci in quo huiusmodi libri reponuntur per amicos consanguinei mei huiusmodi libros recipientur. Et quod quilibet consanguineus huiusmodi libros recipiens dictos libros recipiens custodi dicti loci restituet omnes et singulos cum scolas dimiserit. Item volo quod executores mei inveniant cum bonis meis unum capellanum per sexdecim annos ad missas et alia divina officia celebrandum et dicendum pro anima mea patris matris mee cum ad hoc luce migraverit ac animarum omnium benefactorum meorum et animarum illorum a quibus aliquid iniuste recepi in capella sancti Jacobi in villa de Wikham situata et constituta. Item volo quod xl s. distribuantur inter pauperes parochianos et maxime egenos ville de Ekton' et tantum inter pauperes parochianos et maxime egenos ville de Barewell' et tantum pauperibus meis tenentibus in villa de Leghton'. Item volo quod medietatem residui bonorum non

legatorum nec per me in testamento meo et presenti codicillo meo dispositorum libere per se habeant et percipiant Agnes mater mea et Robertus frater meus senior et quod alteram medietatem residui bonorum meorum non legatorum nec per me dispositorum meliori modo et sanccione quo possent disponant et ordinent pro anima mea mater mea et Robertus supradictus in missis et aliis divinis officiis celebrandum et dicendum pauperibus irrogandum sicut in die iudicii coram deo velint reddere racionem. In quorum omnium et singulorum premissorum testimonium sigillum meum presentibus manu propria apposui. Et omnia et singula premissa manu propria apposui. Et omnia et singula premissa manu mea propria scripsi. Dat' London' die sabbati proximo ante festum sancti Edwardi Regis anno domini millesimo cccc^{mo} decimo.

Approbacio eiusdem. xxviij^{o} die mensis Septembris anno domini millesimo cccc^{mo} xj^{mo} apud Lidyngton' coram domino Philippo episcopo Lincoln' exhibita et probata fuerunt prefata testamentum et codicellus sive ultima voluntas et per eundem reverendum patrem probata et insinuata et pro valore eorundem pronunciatum fuit dicta testamentum et codicillum sive ultimam voluntatem rite fuisse et esse condita. Commissa que fuit administracio omnium et singulorum bonorum dictum defunctum ac eius testamentum et codicillum sive ultimam voluntatem concernencium et infra diocesim Lincoln' existencium prout ad eundem reverendum patrem de iure seu consuetudine dinoscitur pertinere Roberto Hauberk' fratri seniori dicti defuncti et Willelmo Burton' clerico executoribus in eodem testamento nominatis in forma iuris iuratis, potestate consimilem administracionem ceteris executoribus suis cum accesserint et eam admittere voluerint committendi ac compoto administracionis sue eidem reverendo patri specialiter reservatis.

[*Folio 56^{v}*]

1411. October 21st, Sleaford. Licence to William Spenser of Witham, chaplain, to celebrate mass and other divine services in the chapel of Lound in the parish of Witham, for one year.

Licencia celebrandi divina in capella de Lounde. Memorandum quod xxj^{mo} die mensis Octobris anno domini millesimo cccc^{mo} xj^{mo} apud Sleford' concessa fuit licencia domino Willelmo Spenser de Wytham Lincoln' diocesis capellano quod possit celebrare missas et alia divina officia in capella de Lounde infra parochia de Wytham predicta in presencia inhabitancium dictam[1] per unum annum.

Same date and place. Licence to John Bayons, vicar of St. Nicholas-in-Newport, Lincoln, to celebrate an anniversary on account of the poverty of his benefice, the permission to last for one year.

[1] *Sic.*

Item eisdem die loco et anno concessa fuit licencia domino Johanni Bayons vicario ecclesie parochialis sancti Nicholai in Neuport Lincoln' quod possit celebrare unum annale pro defunctis in ecclesia sua etc. propter exilitatem beneficii sui etc. per unum annum.

1411. October 22nd, Sleaford. Licence to the prioress and convent of Stixwould to put to farm the appropriated churches of Hundleby and Lavington, for one year. [G.]

Same date and place. Letters dimissory to John Ferrour of Ingoldmells (Ingoldemeles), acolyte, to all orders. [B.]

1411. November 11th, Old Temple. Licence to Richard Harlton, monk, of Peterborough, to preach in the diocese of Lincoln, at suitable times and places.

Undecimo die mensis Novembris anno domino millesimo cccc^{mo} undecimo apud Vetus Templum London' dominus commisit vices suas fratri Ricardo Harlton' monacho de Burgo sancti Petri Lincoln' diocesis ad excercendum predicacionis officium locis et temporibus congruis ubicumque per diocesim Lincoln' absque alicui iuris preiudicio quousque eas duxerit revocandas etc. ut in forma.

1411. November 16th, Old Temple. Letters dimissory to Richard Gourlay (Goureley), having the first tonsure, to all orders. [B.]

Same date and place. Commission to Richard Hethe and John Kele to receive probate of the will of John Newport, precentor of Lincoln and rector of Irnham.

Commissio ad approbandum testamentum precentoris ecclesie Lincoln'. Eisdem die et loco commissa fuit magistris Ricardo Heth' et Johanni Kele coniunctim et divisim ad recipiendum probacionem testamenti magistri Johannis Neuport precentoris ecclesie Lincoln' et rectoris ecclesie parochialis de Irneham defuncti illudque approbandum et insinuandum etc. et ad committendum administracionem etc. sinautem precludendum inventario calculo et raciocinio administracionis reservatis cum clausula certificandi citra festum Nativitatis domini proximum futurum cum tenore commissa et testamenti ac facti et ad relaxandum sequestrum in bonis dicti defuncti interpositum.

1411. November 19th. Licence to Richard Bosworth of Harborough for the private celebration of divine services.

xix^{mo} die mensis Novembris anno domini ut supra apud Vetus Templum London' concessa fuit licencia Ricardo Boresworth' de

Hauerbergh' Lincoln' diocesis et Elizabethe eius uxori quod possint divina facere celebrari in oratorio sive capella infra mansum suum apud Hauerbergh' predicta per triennium.

1411. November 22nd, Old Temple. Letters dimissory to John Hudson (Hudson') of Hogsthorpe (Hogysthorp'), subdeacon, to all orders, and to Richard de Owersby (Houresby) of Willoughby (Wyllugby), subdeacon, to deacon's and priest's orders. [B.]

1411. November 24th, Old Temple. Licence to Richard Newe to preach in the archdeaconries of Oxford, Buckingham and Northampton.

xxiiij die mensis Novembris anno domini millesimo cccc^{mo} xj^{o} apud Vetus Templum concessa fuit licencia magistro Ricardo Newe in decretis bacallario ad predicandum verbum dei per archidiaconatus Oxon' Buck' et North'.

1411. November 25th, Old Temple. Letters dimissory to John Uppingham (Uppyngham), acolyte, to all orders. [B.]

1411. November 24th, Old Temple. Letters dimissory to John Benison (Benyson) of Toft, having the first tonsure, to all orders. [B.]

1411. November 25th, Old Temple. Letters dimissory to Robert Taylor, having the first tonsure, to all orders. [B.]

1411. November 29th, Old Temple. Letters dimissory to Thomas Edward, acolyte, to all orders. [B.]

1411. December 3rd, Old Temple. Letters dimissory to the master of St. John's Hospital, Oxford, for Robert Ramsey (Rameseye) and Thomas Somerton (Somerton'), having the first tonsure, to all orders. [F.]

Same date and place. Dispensation by direction of the papal penitentiaries to Richard Agge, clerk, that notwithstanding his illegitimacy he may proceed to all orders and hold a benefice with cure.

Agge dispensacio. Eisdem die et loco reverendus in Christo pater et dominus dominus Philippus dei gracia Lincoln' episcopus auctoritate quarumdam litterarum reverendi in Christo patris et domini domini Antonii miseracione divina episcopi Portuen' curam penitenciarie domini pape una cum reverendo patre domino Petro eadem miseracione Tusculan' episcopo gerentis eidem reverendi patri episcopo Lincoln' directarum et per eundem receptarum

misericorditer dispensavit cum Ricardo Agge Lincoln' diocesis clerico super defectu natalium quem paciebatur de soluto genitus et soluta et qui tacito de dicto defectu se fecit carectere clericali alias tamen rite insigniri et ad quatuor minores ordines alias tamen rite promovere quod dicto defectu et premissis non obstantibus possit ipso carectere uti ac in susceptis ordinibus ministrare et ad omnes sacros ordines promoveri ac beneficium ecclesiasticum obtinere eciam si curam habeat animarum, iniuncta primitus absolucione debita premia eidem Ricardo per eundem reverendum patrem episcopum Lincoln' pro modo culpe penitencia salutari et super huiusmodi dispensacione litteram habuit patentem sub sigillo dicti reverendi patris episcopi Lincoln'.

[*Folio 57*]

1411. December 6th, Old Temple. Letters dimissory to William Lavender, acolyte, and to William London, clerk, to all orders. [B.]

1411. December 7th. Licence to John Stokes of Twyford for the private celebration of divine services.

vij^{o} die mensis Decembris anno domini ut supra concessum fuit oratorium Johanni Stokes de Twyford' Lincoln' diocesis quod possit divina facere celebrari infra manerium suum de Twyford' predicta per triennium.

1411. December 10th, Old Temple. Examination by Bishop Repingdon of letters proving the validity of the rector of Charlton on Otmoor's title to his benefice. (1) Letter from the prior of Mount Grace in the diocese of York to Henry,[1] formerly bishop of Lincoln, presenting Walter Walkstead to the living of Charlton on Otmoor (dated November 5th, 1398). (2) Letter from the bishop of Lincoln's vicar-general to the official of the archdeacon of Oxford to induct Walter Walkstead as rector (dated July 5th, 1399). He was inducted by proxy on July 8th, 1399. Copies of the letters of institution and induction were subsequently made, duly attested, and sealed with the seals of Henry, bishop of Lincoln, and of the officiality of the archdeaconry of Oxford.

Acta super exhibicione iuris et tituli domini Walteri Walkestede rectoris de Chorlton' super Ottemore. Memorandum quod decimo die mensis Decembris anno domini millesimo cccc^{mo} undecimo Indiccione v^{ta} Pontificatus domini Johannis pape xxiij anno x^{o} in capella infra hospicium reverendi in Christo patris et domini domini Philippi dei gracia Lincoln' episcopi apud Vetus Templum London' situata coram eodem reverendo patre episcopo

[1] Henry Beaufort, bishop of Lincoln (1398–1404).

Lincoln' dictis die et loco iudicialiter sedente pro tribunali comparuit personaliter quidam dominus Walterus Walkestede rector ut asseruit ecclesie parochialis de Chorleton' super Ottemor' Lincoln' diocesis ipsos diem et locum ex prefixione dicti reverendi patris sibi de consensu suo expresso ut fatebatur ad exhibendum titulum et ius quem et quod in dicta ecclesia de Chorleton' predicta se habere pretendit facta habens, et deinde eidem reverendi exhibuit et realiter ostendebat primo litteras presentacionis sue de ipso ad dictam ecclesiam de Chorleton' per priorem et conventum prioratus Montis Gracie ordinis Cartus' Ebor' diocesis eorundem prioris et conventus sigillo communi sigillatas ac reverendi in Christo patri ac domino domino Henrico dei gracia tunc Lincoln' episcopo directas, et deinde quandam litteram patentem et testimonialem de et super induccione in corporalem possessionem dicte ecclesie de Chorleton' cum suis iuribus et pertinenciis universis sub nomine officialis archidiaconi Oxon' confectam ac sigillo officii officialitatis dicti archidiaconatus sigillatam, deinde quoddam instrumentum publicum ad modum transumpti sive exemplaris quarumdam litterarum institucionis et induccionis eiusdem domini Walteri in dicta ecclesia de Chorleton' cum suis iuribus et pertinenciis universis conceptum et confectum ac signo et subscripccione cuiusdam magistri Hugonis Boneton' clerici Bathon' et Wellen' diocesis notarii auctoritate apostolica publici signatum eciam realiter exhibui et ostendebat, humiliter petens et cum instancia quatinus idem reverendus pater episcopus Lincoln' de sua benignitate ipsa munimenta sua pro iure et titulo suis in dicta ecclesia de Chorleton' ut prefertur exhibita et ostensa graciose admittere et ea in suis registris registrari facere misericorditer dignaretur, quibus quidem munimentis et exhibitis per dictum reverendum patrem admissis et inspectis ea in registris suis registranda fore ad peticionem dicti domini Walteri decrevit et ipsum ab impeticione officii sui pro tunc dimisit. Tenores vero dictorum exhibitorum seriatim secuntur et sunt tales, etc. Presentibus Roberto Gilbert Thome Brouns et Roberto Stretton' et Thome Colstone.

Vide exhibiciones pro iure domini Walteri rectoris de Chorleton' super Ottemore.

Reverendo in Christo patri ac domino domino Henrico dei gracia Lincoln' episcopo vestri humiles et devoti prior et conventus Montis Gracie ordinis Cartus' Ebor' diocesis omnimodam reverenciam cum honore debite tanto patri ad ecclesiam parochialem de Chorleton' super Ottemor' vestre diocesis iam vacantem et ad nostram presentacionem pleno iure spectantem racione procuratorii domus sive prioratus de War' alienigeni nobis concessam per illustrem principem ac dominum nostrum dominum Ricardum Regem Anglie dilectum nobis in Christo dominum Walterum Walkestede' presbyterum Ebor' diocesis paternitati vestre reverendo presentamus, supplicantes quatinus dictum presentatum nostrum ad eandem ecclesiam

de Charleton' admittere ipsumque rectorem in eadem instituere ac cetera que vestro pastorali incumbunt officio peragere dignere cum favore. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus fecimus apponi. Dat' in dicta domo nostra v^to^ die mensis Novembris anno domini millesimo ccc^mo^ nonogesimo octavo.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis officialis domini archidiaconi Oxon' salutem in autore salutis. Litteras honorabilis viri magistri Johannis Burbache legum doctoris canonici ecclesie Lincoln' reverendi in Christo patris et domini domini Henrici dei gracia Lincoln' episcopi in remotis agentis vicarii in spiritualibus generalis nuper recepimus in hec verba. Johannes Burbache legum doctor canonicus ecclesie Lincoln' reverendi in Christo patris et domini domini Henrici dei gracia Lincoln' episcopi in remotis agentis vicarius in spiritualibus generalis dilecto nobis in Christo archidiacono Oxon' seu eius officiali salutem in autore salutis. Quia nos dilectum nobis in Christo Walterum Walkestede ad ecclesiam parochialem de Charleton' super Ottemore Lincoln' diocesis vacantem ad quam per priorem et conventum Montis Gracie ordinis Cartus' Ebor' diocesis nobis extitit presentatus admisimus et rectorem in personam Ade Houedon' litterati procuratoris sui in hac parte sufficienter et legitime constituti instituimus canonice in eadem, vobis mandamus quatinus dictum Walterum seu eius procuratorem suo nomine in corporalem possessionem dicte ecclesie cum suis iuribus et pertinenciis universis inducatis induci ve faciatis et per censuras ecclesiasticas defendatis inductum. Dat' apud Lidyngton' sub sigillo dicti reverendi patris quo de ipsius expressa voluntate in huiusmodi vicariatus officio utimur v^to^ die mensis Julii anno domini millesimo ccc^mo^ nonogesimo nono. Quibus litteris sic per nos receptis prefatum Walterum Walkestede in persona Ade Houedon' procuratoris sui in hac parte sufficienter et legitime constituti in possessionem dicte ecclesie de Charlton super Ottemor' cum suis iuribus et pertinenciis universis octavo die mensis Julii anno domini supradicto induximus corporalem. In cuius rei testimonium sigillum officii nostri presentibus apposuimus. Dat' apud Charleton' predicta die et anno supradictis.

Transumptum litterarum Institucionis et Induccionis domini Walteri Rectoris de Chorleton' super Ottemore. In die nomine amen. Per presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter quod anno ab incarnacione domini secundum cursum et computacionem ecclesie Anglicane millesimo cccc^mo^ quinto Indiccione quartadecima Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Innocencii divina providencia pape septimi anno secundo et mensis Marcii die nonadecima in ecclesia cathedrali sancti Pauli London' in mei notarii publici et testium subscriptorum presencia constitutus personaliter discretus vir Adam Houden' litteratus, procurator ut asseruit [*Folio 57v*] dicti Walteri Walkestede rectoris ecclesie parochialis de Charleton' super Ottemore Lincoln'

diocesis, duas litteras sigillatas infrascriptas, unam videlicet Institucionis prefati domini Walteri rectoris sigillo reverendi patris et domini domini Henrici dei gracia Lincoln' episcopi ut apparuit oblongo in cera rubea impendente sigillatam, in cuius quidem sigilli medio sculpta erat ymago ad modum ymaginis beate Marie virginis in quodam tabernaculo stante et ex utraque parte tabernaculi sculpte erant due ymagines ad formam Angelorum et in fine eiusdem sigilli sculpta erant duo scuta, unum videlicet domini nostri Henrici Regis Anglie et Francie, et aliud episcopi antedicti ut apparuit et in medio huius scutorum sculpta erat ymago ad similitudinem episcopi genuflectantis baculum pastorale in manu sinistra tenentis. Et in circumferencia dicti sigilli scripta erant ista verba, " Sigillum Henrici dei gracia Lincoln' Episcopi ad causas ". Et aliam litteram Induccionis prefati domini Walteri rectoris sigillo officialitatis archidiaconatus Oxon' ut apparuit sigillatam in cera viridi impressam sanas et integras ac omni vicio et sinistra suspicione ut prima facie apparebat carentes tunc ibidem exhibuit. In cuius rei testimonium. In cuius quidem sigilli medio sculptum erat caput quasi hominis ut apparuit usque ad medietatem hominis portantis in manu sua formam crucis, et in suis eiusdem sigilli caput quasi bovis cum cornibus suis. Et in circumferencia eiusdem sigilli scripta erant ista verba, " Sigillum officialitatis archidiaconatus Oxon' ". Post quarum quidem litterarum predictarum exhibicionem prefatus Adam procurator in notario infrascriptas easdem litteras inspiciendis palpandas legendas et fideliter copiandas et transumendas realiter tradidit requirens ne cum instancia magna quatinus ad eis fideliter transumerem, et copiarem et earum copie sive transumpto fides adhiberi valeat saltem summarie ubilibet in agendis, et quod eorum copie sive transumpto me subscriberem ac signum meum apponerem consuetum. Acta fuit hec prout suprascribuntur et recitantur sub anno Indiccione Pontificatu mense die et loco predictis, presentibus discretis viris Ricardo Tewkesbury et Johanne William clericis London' diocesis et aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Tenores vero dictarum litterarum de quibus supra fit mencio sequitur de verbo in verbum et sunt tales. Johannes Burbache legum doctor canonicus ecclesie Lincoln' reverendi in Christo patris et domini domini Henrici dei gracia Lincoln' episcopi in remotis agentis vicarius in spiritualibus generalibus dilecto nobis in Christo Waltero Walkestede capellano salutem in autore salutis. Ad ecclesiam parochialem de Charleton' super Ottemore Lincoln' diocesis vacantem ad quam per priorem et conventum Montis Gracie ordinis Cartusien' Ebor' diocesis nobis presentatus existis te admittimus et rectorem in persona Ade Houden' litterati procuratoris tamen sufficienter et legitime in hac parte constituti instituimus canonice in eadem. In cuius rei testimonium sigillum dicti reverendi in Christo patris quo de ipsius expressa voluntate in huiusmodi vicariatus officio utimur presentibus est appensum.

Dat' apud Lydington' quinto die mensis Julii anno domini millesimo ccc^{mo} nonogesimo nono. Universis Christi fidelibus patentes litteras inspecturis officialis domini archidiaconi Oxon' salutem in auctore salutis. Litteras honorabilis viri magistri Johannis Burbache legum doctore canonici ecclesie Lincoln' reverendi in Christo patris et domini domini Henrici dei gracia Lincoln' episcopi in remotis agentis vicarii in spiritualibus generalis nuper recepimus in hec verba. Johannes Burbache etc. ut supra. Quibus quidem litteris sic per nos receptis prefatum Walterum Walkestede in personam Ade Houden' procuratoris sua in hac parte sufficienter et legitime constituti in possessionem dicte ecclesie de Charleton' super Ottemor' cum suis iuribus et pertinenciis universis octavo die mensis Julii anno domini supradicto induximus corporalem. In cuius rei testimonium sigillum officii nostri presentibus apposuimus. Dat' apud Charleton' predictam die et anno domini supradictis.

Subscripccio notarii. Et ego Hugo Boneton' clericus Baton' et Wellen' diocesis publicus auctoritate apostolica notarius premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur sub anno Indiccione Pontificatu mense die et loco in inicio presentis instrumenti recitantur agebantur et fiebant una cum prenominatis testibus presens interfui audivi ac prefatas litteras ut prefertur sigillatas exhibitas sanas et integras omni que vicio et sinistra suspicione ut prima facie apparebat carentes una cum dictis testibus vidi palpavi inspexi et legi me que aliis arduis negociis multipliciter occupatis sub hac forma scribi per alium feci. Et quia facta collacione presens transcriptum cum litteris originalibus predictis ex quibus transumitur reperi recordare, idcirco presens transcriptum sive sumptum signo meo solito et consueto signam et nomine proprio meo roboravi per prefatum Adam procuratorem rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum. Constat in notario antedicto de diccionibus ymaginis quasi in instrumento superius interliniatis quas scripsi et approbo ego notarius antedictus.

1411. December 11th, Old Temple. Licence from Bishop Repingdon to Thomas Langley, bishop of Durham, Ralph, earl of Westmorland, John Legbourne, clerk, and Robert Hatfield, esquire, executors of John, late duke of Lancaster, to found a chantry for two chaplains in the Newarke collegiate church at Leicester in memory of the duke and of his wife, Constance.

Licencia [ad] erigendum et fundandum cantariam pro anima domini ducis Lancastr' etc. apud Leycestr'.[1] Philippus permissione divina Lincoln' episcopus venerabili fratri nostro

[1] An abstract of the duke of Lancaster's will is given in *Linc. Wills*, p. 100 (ex. Reg. Beaufort), and the foundation of a chantry in Legbourne church in memory of the duke and his first wife, Blanche, (*infra*) is noted.

Thome episcopo Dunoln' nobili et magnifico viro Radulpho comiti Westmerland' Johanni Legburn' clerico et Roberto Haytefeld' armigero executoribus testamenti incliti recordacionis Johannis quondam Acquitanie et Lancastrie ducis salutem graciam et benediccionem. Peticio vestra nuper nobis exhibita continebat quod vos de bonis prefati domini ducis administracioni vestre concessis pro salubri statu metuendissimi domini nostri Regis Henrici quarti post conquestum dum vixerit et pro ipsius cum ab hac luce migraverit ac prefati domini ducis domine Constancie nuper consortis sue et omnium fidelium defunctorum animabus quandam cantariam perpetuam duorum capellanorum in nova ecclesia collegiata Leycestr' nostre diocesis erigere et fundare decrevistis ad quod secure perficiendum prefatus metuendissimus noster Rex vobis per suas litteras patentes licenciam concessit specialem, quare pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum ut ad erigendum et fundandum cantariam huiusmodi in loco predicto plenam licenciam autoritatem[1] vobis eciam concedere dignaremur. Nos vero vestrum in hac parte pium propositum plurimum in domino commendantes ad erigendum fundandum et stabiliendum cantariam huiusmodi in ecclesia predicta melioribus modo et forma quibus vobis expedire videbitur iuxta datam vobis a deo discreccionem licenciam et auctoritatem plenariam vobis concedimus per presentes sigilli nostri munime roboratas. Dat' in hospicio nostro apud Vetus Templum London' xj^{mo} die mensis Decembris anno domini millesimo cccc^{mo} xj^{mo}, et consecracionis nostre anno septimo.

[*Folio 58*]

1411. December 13th, Old Temple. Licence to John Legbourne, rector of Somercotes, to found a chantry for one chaplain in the parish church of All Saints, Legbourne, in memory of John, late duke of Lancaster, and of his wife, Blanche.

Licencia [ad] erigendum et fundandum cantariam pro animabus domini ducis Lancastrie et domine Blanchie consortis sue in ecclesia de Legburn'. Philippus permissione divina Lincoln' episcopus dilecto filio Johanni Legburne rectori ecclesie de Somercotes nostre diocesis salutem graciam et benediccionem. Peticio tua nuper nobis exhibita continebat quod tu de bonis tibi a deo collatis pro salubri statu metuendissimi domini nostri Regis Henrici quarti post conquestum et tui dum vixeritis et pro ipsius ac tui cum ab hac luce migraveritis ac pro domini Johannis nuper ducis Lancastrie et domine Blanchie consortis sue et patris et matris tui Johannis Legburn' et omnium fidelium defunctorum animabus quandam cantariam perpetuam unius capellani in ecclesia parochiali Omnium Sanctorum de Legburn' nostre diocesis erigere

[1] *Sic.*

et fundare proponis ad quod secure perficiendum prefatus metuendissimus dominus noster Rex tibi per litteras suas patentes licenciam concessit specialem, quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum ut ad erigendum et fundandum cantariam huiusmodi in loco predicto et ordinacione eius congruam faciendum plenam licenciam et autoritatem tibi concedere dignaremur. Nos vero tuum in hac parte pium propositum plurimum in domino commendantes ad erigendum fundandum et stabiliendum cantariam huiusmodi in ecclesia supradicta eiusque ordinacionem faciendi melioribus modo et forma quibus tibi expedire videbitur iuxta datam tibi a deo discreccionem licenciam et autoritatem plenariam tibi concedimus per presentes, sigilli nostri munimine roboratas. Dat' sub sigillo nostro in hospicio nostro apud Vetus Templum London' xiij^{o} die mensis Decembris anno domini millesimo cccc^{mo} undecimo, et consecracionis nostre anno septimo.

1411. December 14th, Old Temple. Letters dimissory to Richard Norton of Shutford (Shitford'), acolyte, to all orders. [B.]

1411. December 15th, Old Temple. Licence to Nicholas Sydenham, chaplain, to preach in the parish church at Henley-on-Thames.

xv^{to} die mensis Decembris anno domini ut supra apud Vetus Templum concessa fuit licencia domino Nicholao Sydenham capellano parochiali de Henle super Tamisiam Lincoln' quod possit predicare verbum dei in dicta ecclesia parochiali ad beneplacitum domini.

1411. December 18th, Old Temple. Letters dimissory to Thomas Kington (Kyngton'), rector of All Saints, Wainfleet (Waynflete), deacon, to priest's orders. [B.]

Same date and place. Licence for an oratory to William Aslackby, rector of Wadenhoe.

Eisdem die et loco concessum fuit oratorium magistro Willelmo Aslokby rectori ecclesie parochialis de Wadnow Lincoln' diocesis per triennium.

1411. December 20th, Buntingford. Licence to Geoffrey Cole, priest, to celebrate divine services in the chapel of St. Mary Magdalene in the hamlet of Buntingford, except on Sundays and feastdays, for three years.

xx^{mo} die mensis Decembris anno domini ut supra apud Buntyngford' concessa fuit licencia domino Galfrido Cole presbytero quod possit divina celebrare in capella beate Marie Magdalene in villula

de Buntyngford' situata per triennium in presencia inhabitancium in dicta villula de Buntyngford' diebus dominicis et festivis dumtaxat exceptis. Si tamen, etc.

1411. Letter from the bishop of London (dated October 31st), forwarding the king's writ of September 29th and Archbishop Arundel's mandate of October 23rd for Convocation at St. Paul's on December 1st. Bishop Repingdon notifies the archbishop of the execution of the mandate.

Mandatum domini Cant' archiepiscopi pro convocacione.[1] Reverendo in Christo patri et domino domino Philippo dei gracia Lincoln' episcopo Ricardus permissione divina London' episcopus salutem et sincere dileccionis continuum incrementum. Litteras reverendissimi in Christo patris et domini domini Thome dei gracia Cantuarien' archiepiscopi tocius Anglie primatis et apostolice sedis legati breve regium in se continentes in vigilia apostolorum Simonis et Jude proxima preterita reverenter recepimus in hec verba. Thomas permissione divina Cantuarien' archiepiscopus tocius Anglie primas et apostolice sedis legatus venerabili fratri nostro domino Ricardo dei gracia London' episcopo salutem et fraterne dileccionis continuum incrementum. Breve regium nuper recepimus in hec verba. Henricus dei gracia Rex Anglie et Francie et dominus Hibernie venerabili in Christo patri Thome eadem gracia archiepiscopo Cantuarien' tocius Anglie primati salutem. Quibusdam arduis et urgentibus negociis statum regni nostri ac honore et utilitatem ecclesie Anglicane intunc concernentibus, vobis in fide et dileccione quibus nobis tenemini rogando mandamus quatinus premissis debito intuitu attentis et ponderatis universos et singulos episcopos Cantuarien' provincie ac decanos et priores ecclesiarum cathedralium abbates et priores et alios electivos exemptos et non exemptos necnon archidiaconos capitula conventus et collegia totumque clerum cuiuslibet diocesis eiusdem provincie ad comparendum coram vobis in ecclesia cathedrali sancti Pauli London' vel alibi prout melius videritis expedire citra octavas sancti Martini proxime futuro more solito convocari faciatis ad tractandum concordandum consenciendum et concludendum super premissis et aliis que sibi clarius exponentur tunc ibidem ex parte nostra, et hoc sicut nos et statum dicti regni nostri ac honorem et utilitatem ecclesie predicte diligitis nullatenus omittatis. Teste me ipso apud manerium nostrum de Beauregard' xxix° die Septembris anno regni nostri duodecimo. Quocirca fraternitati vestre committimus et mandamus quatenus omnes et singulos coepiscopos et suffraganeos nostros ac electivos si qui fuerint et absencium huiusmodi coepiscoporum vicarios si qui

[1] The archbishop's mandate is not given in *Concilia*, although there is an account of the work of this Convocation (III, p. 334).

fuerint in spiritualibus generales citetis peremptorie et per eos decanos et priores ecclesiarum cathedralium ac singula capitula earundem archidiaconos que abbates et priores conventus sub se habentes ac alios prelatos ecclesiarum exemptos clerumque cuiuslibet diocesis provincie nostre antedicte citari peremptorie et premuniri volumus et mandamus quod iidem episcopi eorundemque si qui fuit absencium vicarii generales electivi ve decani priores et ceteri ecclesiarum prelati exempti et non exempti personaliter et quodlibet capitulum ecclesiarum cathedralium per unum clerusque cuiuslibet diocesis dicte nostre provincie per duos sufficienter procuratores compareant coram nobis aut nostro in hac parte locumtenente aut commissario si nos tunc quod absit impediri contigerit in ecclesia sancti Pauli London' primo die mensis Decembris proximo futuro ad tractandum nobiscum cum continuacione et prorogacione dierum tunc sequencium et locorum super arduis et urgentibus negociis statum et utilitatem ecclesie et regni Anglicane concernentibus ipsis tunc ibidem seriosius exponendis sua que consilia et auxilia super hiis impensuri et ad consenciendum hiis que eisdem ex deliberacione communi ad honorem dei et ecclesie sue contigerint concorditer ordinari facturique ulterius et recepturi quod huiusmodi negociorum qualitas in se exigit et requirit. Vos eciam dictum mandatum nostrum [*Folio 58v*] quatenus civitatem et diocesim vestras concernit exequi per omnia faciatis et eidem mandato nostro in omnibus pareatis cum effectu. Tenore insuper presencium vos citamus quatinus eisdem die et loco compareatis coram nobis nostris ve locumtenentibus aut commissariis una cum aliis suffraganeis nostris ut premittitur tractaturi facturi eciam et recepturi quatenus ad nos attinet prout superius continetur, prelatis eciam ecclesiarum exemptarum non mendicantibus vestre et aliorum coepiscoporum diocesium nostre provincie diocesis cuiuscumque fuerint ordinis per vos et dictos confratres nostros prout vos et unumquemque eorum concernit volumus intimari ut prefatis die et loco absque preiudicio privilegiorum suorum in hac quibus per hoc derogari nolumus nobiscum interfuit facturi et recepturi in premissis et ea contingentibus quod superius est expressum. Volumus insuper et mandamus quatinus intimetis seu intimari et denunciari faciatis dicte nostre provincie coepiscopis et confratribus eorumque absencium vicariis generalibus ac electivis si qui sint decanis abbatibus et prioribus ac ceteris ecclesiarum prelatis supradictis quod eos a personaliter comparicione in huiusmodi congregacione dictis die et loco nostra auctoritate dee annuente facienda excusatos habere non intendimus nisi ex causa necessaria tunc ibidem alleganda eciam et probanda sed eorum contumacia si qui forsan absentes fuerint canonice punientur. Vobis eciam ut supra iniungimus et mandamus quatinus omnibus et singulis dictis nostris suffraganeis et vicariis huiusmodi iniungatis seu faciatis

iniungi ut singuli eorum singillatim de facto suo in hac parte quatenus pertinet ab eosdem nos seu loca nostra tenenta aut commissarios antedictos dictis die et loco per litteras eorum patentes citatorum nomina continentes distincte et aperte certificent ut est moris de die vero recepcionis presencium et quid feceritis in premissis nos nostros ve locumtenentes aut commissarios antedictos eisdem die et loco modo debito certificare curetis per litteras vestras patentes harum seriem et citatorum nomina vestre diocesis in hac parte in cedula separata huiusmodi litteris vestris certificatoriis annectenda plenius continentes. Dat' sub sigillo nostro in manerio nostro de Charryntz xxiii° die mensis Octobris anno domini millesimo cccc^mo^ undecimo, et nostre translacionis anno sextodecimo. Quarum auctoritate litterarum vos reverende pater cum ea qua decet reverencia tenore presencium peremptorie citamus et premuniamus quatinus coram dicto reverendissimo in Christo patre aut eius in hac parte locumtenente aut commissariis die et loco superius in dictis litteris limitatis et expressatis cum continuacione et prorogacione dierum tunc sequencium et locum ad huiusmodi negocium secundum vim formam et effectum litterarum predictarum personaliter compareatis ipsasque litteras quatenus vestras civitates et dioceses concernunt iuxta formam et tenorem earundem debite exequamini et exequi per omnia faciatis et eisdem pareatis realiter cum effectu. Omnia que et singula legitime eisdem litteris contenta paternitati vestre reverendo intimanda et denuncianda harum seriem intimamus et eciam denunciamus. Vobis insuper auctoritate qua supra iniungimus et mandamus quatinus dictum reverendissimum patrem eius ve locumtenentem et commissarios de facto vestro in hac parte debite certificetis prout littera predicta exigunt et requirunt. Dat' sub sigillo nostro in manerio nostro de Haddem ultimo die dicti mensis Octobris anno domini supradicto, et nostre translacionis anno quinto.

Execucio eiusdem mandati. Executum fuit hoc mandatum in omnibus et per omnia secundum omnem et deinde certificatum fuit dicto reverendissimi patri domini Cant' archiepiscopo sub hac forma. Reverendissimo etc. Auctoritate igitur litterarum huiusmodi decanum et capitulum ecclesie nostre Lincoln' archidiaconos que abbates et priores conventus sub se habentes ac alios ecclesiarum prelatos exemptos et non exemptos totumque clerum nostre diocesis citari fecimus et premuniri quod ipsi die et loco in litteris vestris reverendissimis supradictis limitatis et contentis cum continuacione et prorogacione dierum tunc sequencium et locorum coram vobis reverendissimo patre vestris ve locumtenente aut commissario secundum earundem litterarum vestrarum reverendissimarum exigenciam et tenorem compareant facturi et recepturi in omnibus et per omnia quod eedem littere vestre reverendissime ac qualitas huiusmodi negocii de sui natura exigunt et requirunt, prelatis eciam

ecclesiarum exemptarum non mendicantibus necnon decano ecclesie nostre Lincoln' predicte abbatibus que et prioribus ac ceteris ecclesiarum prelatis supradictis eiusdem nostre diocesis intimamus et fecimus debite intimari omniaque et singula in dictis vestris litteris reverendissimis eis intimanda et denuncianda prout superius est expressum. Et nos die et loco huiusmodi coram vestra reverendissima paternitate aut vestris in hac parte locumtenente seu commissario antedicto altissimo personaliter comparebimus facturi et recepturi quod ad nos attinet prout predicte littere vestre reverendissime exigunt et requirunt, eisdem que litteris paruimus et parebimus cum effectu ipsasque litteras per nos civitatem et diocesim secundum earundem litterarum formam et effectum debite sumus executi. Nomina vero citatorum nostre diocesis in hac parte in quadam cedula hiis litteris nostris testificatoriis annexa secundum earundem litterarum vestrarum reverendissimarum exigenciam seriatim conscribuntur. Que omnia et singula vestre reverendissime paternitati vestris vel locumtenentibus supradictis significamus per presentes sigillo nostro sigillatas. Dat' et etc.

1411. December 30th, Sleaford. Letters dimissory to John Carter, acolyte, to all orders. [B.]

1411/12. January 7th, Sleaford. Letters dimissory to William Mabesey, clerk, having the first tonsure, to all orders. [B.]

1411/12. January 8th, Sleaford. Letters dimissory to Robert Driffield (Dryffeld'), acolyte, to all orders. [B.]

1411/12. January 9th, Sleaford. Grant by the bishop of forty days' indulgence to all who give alms to John Cresswell, hermit, warden of the roads and highways in the town of Louth and its environs.

CRESSWELL' INDULGENCIA. Nono die mensis Januarii anno domini ut supra apud Sleford' dominus concessit omnibus aliquid dantibus Johanni Cresswell' heremite yconomo et receptore operis viarum et vicorum ac publicorum itinerium in villa et dominio de Luda et eidem ville adiacencium xl dierum indulgenciam ad triennium.

[*Folio 59*]

1411/12. January 10th, Sleaford. Mandate to the official of the archdeacon of Bedford to give notice of the forthcoming trial before the bishop's commissaries at Banbury of Henry Stonus, clerk, of Higham Ferrers, who was convicted before the king's justices on August 9th, 1403, on charges of housebreaking and theft, and committed to the bishop's custody. The prior of Wroxton and

Thomas Brouns are commissioned to hear and determine the case, and Thomas Chaucer, constable of Banbury castle, is directed to deliver the accused for trial on the appointed day.

Indictamentum Henrici Stonus. Deliberacio facta apud Bedford' coram Johanne Cokyn et sociis suis iusticiariis domini Regis in die jovis proximo [post] festum sancti Nicomedi anno regni Regis Henrici quarti post conquestum quarto. Iuratores dicunt per suum sacramentum quod Henricus Stonus de ville de Higham Ferrers in die sancti Gregorii pape anno supradicto intravit domum Rogeri Boneton' et tresdecim solidos cum quatuor denariis ex Thoma Croft capellano depredatus fuit et felonice asportavit. Et super hoc predictus Henricus fuit convictus et deliberatus carceri et custodie domini episcopi Lincoln' sub pena qua incumbit.

Ad faciendum publicas proclamaciones super eodem. x^{mo} die Januarii anno domini millesimo cccc^{mo} xj^{mo} apud Sleford' scriptum fuit officiali archidiaconi Bedford' ad faciendum publicas proclamaciones in singulis ecclesiis dicti archidiaconatus et presertim in partibus illis ubi fama contra dictum clericum maxime dicitur laborare per tres dies dominicos seu festivos quod si qui velint dictum clericum super dicta crimine accusare vel alias prosequi contra eundem quod compareant coram domino aut eius commissariis in ecclesia prebendali de Bannebury die jovis proximo post festum sancti Valentini proximum futurum cum continuacione et prorogacione etc. pro termino peremptorio et preciso ad proponendum quicquid sibi competat de iure etc. cum clausula certificandi etc.[1]

Commissio ad recipiendum certificatorium proclamacionis. Eisdem die et loco commissum fuit priori de Wroxton' et magistro Thome Brouns coniunctim et divisim ad recipiendum certificatorium proclamacionis huiusmodi et audiendum omnes citatos et ministrandum eis et aliis quorum interest iusticie complementum et si nullus apparuerit contradictorum ad precludendum eis viam ulterius quicquam apponendum et obiciendum eidem clerico crimen antedictum et si se ad hoc obtulerit purgacionem eiusdem super eodem crimine in forma iuris recipiendum et ad cetera faciendum etc. cum clausula certificandi negocio expedito una cum nominibus et cognominibus compurgatorum huiusmodi si dictus clericus se purgaverit in hac parte.

Mandatum constabulario. Eisdem die et loco demandatum et preceptum fuit Thome Chaucier constabulario castri de Bannebury quod dictis die et loco prefatum clericum coram prefatis commissariis sistat facturum circa ipsius deliberacionem vel in carcerem retrusionem quod ipsi commissarii duxerint seu eorum alter duxerit ordinandum etc.

[1] *Infra*, p. 248.

1410. Testament of Nicholas Tye of North Witham. Dated September 8th. Proved before Bishop Repingdon at Sleaford on January 11th, 1411/12.

Testamentum Nicholai Tye.[1] In dei nomine amen. Ego Nicholaus Tye de Northwytheme in sana bona memoria mea in festo Nativitatis beate Marie virginis anno domini millesimo cccc^mo^ decimo facio ordino et constituo testamentum meum in hunc modum. In primis lego et commendo animam meam deo beate Marie et omnibus sanctis et corpus meum ad sepeliendum in cancella beate Marie de Northwytheme. Item lego et ordino quinque torches de cera magnas quamlibet ponderantes xij libras cere ardente circa sepulturam meam in modo unius crucis ubi ero sepeliendus. Item lego ad quinque pauperes homines portantes dictas torches circa sepulturam meam quinque nigras tunicas et quilibet eorum xx denarios. Item volo et ordino xiij trentales de sancto Gregorio celebraturos cito post mortem meam pro anima mea et anima Johanne uxoris mee et animabus patris et matris mee[2] et anima Johannis Devereux et omnium aliorum benefactorum meorum. Item ordino et lego tres capellanos ydoneos et honestos divina celebrandos pro anima mea et anima Johanne uxoris mee et animabus patris et matris mee et anima Johannis Devereux ac animabus omnium fidelium defunctorum per septem annos proximos sequentes statim post decessum meum quilibet capiens per annum c solidos. Item lego ad ecclesiam de Upton' xx s. Item lego ad ecclesiam de Gunby xx s. Item lego die obitus mei in elemosinas quilibet pauperi ibidem existenti j d. Item lego cuilibet tenenti meo in comitatu Lincoln' quod redditus exiens de tenentibus meis que de me tenent sibi condonatur pro uno anno ad orandum pro anima mea et animabus predictis ac animabus omnium fidelium defunctorum. Item fratribus minoribus de Grantham xx s. Item lego fratribus minoribus de Stamford' xx s. Item lego fratribus predicatoribus de eadem xx s. Item lego fratribus Augustin' de eadem xx s. Item lego fratribus Carmelitis de eadem xx s. Item lego duobus capellanis idoneis et honestis ad celebrandum pro anima Henrici de Bello Monte et anima Nicholai de Doverr' et animabus omnium fidelium defunctorum per unum annum post decessum meum x libras. Item lego pro expensis meis funeralibus xx libras. Item lego abbati et conventui de Croxton' ad orandum pro anima mea et animabus predictis x marcas. Item lego abbati et conventui de Valle Dei ad orandum pro anima mea et animabus predictis x marcas. Et quod ipsi habeant grangiam de Burton' sursum redditam in manus eorum infra unum annum post decessum meum et que ad grangiam de Saltby cum molendino aquatico ibidem et aliis suis pertinenciis. Volo quod executores mei habeant statum meum post mortem meam. Item priori et conventui de

[1] Abstract in *Linc. Wills*, p. 141. [2] *Sic.*

Sempryngham ad orandum pro anima mea et animabus predictis c solidos. Item lego pauperibus et plus indigentibus in Northwytheme Twyford' Gunby Lopthorp' Southwytheme Colsterwerth' Steinby Bukmenstre x libras, videlicet cuilibet eorum ij s. vel xij d. ad minus prout maxime indiguerit. Item lego domino Ricardo persone ecclesie de Northwytheme ad orandum pro anima mea et animabus predictis xx s. Item lego et volo que omnes servientes mei apud Northwytheme et executores mei et amici mei videlicet cuilibet eorum unam gunam cum capucio de nigro panno. Item lego Beatrici servienti mee c s. et unum lectum. Item lego Johanni Rome xxvj s. viij d. Item lego Johanni Cok' ballivo meo xx s. Item lego Johanni Boteler coco meo xxvj s. viij d. Item lego Johanni Shepard' ballivo meo apud Upton' xiij s. iiij d. Item lego Johanni Hawet ballivo meo apud Saltby x s. Item lego Roberto de Stabull' xx s. Item lego Hugoni Carter x s. Item lego Petro Lumbard' xiij s. iiij d. Item lego Hugoni Acton' x s. Item lego Thome Tybbe x s. Item lego parvo Waltero x s. Item lego Willelmo Bere xiij s. iiij d. Item lego parvo Johanni Kaye vj s. viij d. Item Alicie uxori Johannis Nethyrd' x d. Item lego Agneti Cokke x s. Item lego Agneti Bacheler iij s. iiij d. Item lego et volo cuilibet servienti meo apud Northwytheme et Upton' non antea nominati xl d. Item lego domino Johanni Coteler vicario del Rye unum ciphum argenteum ponderatum ij marcas. [*Folio 59*^{v}] Item lego Johanni filio meo xl marcas et duos lectos cum coverlidd' et testirs et unum ciphum argenteum cum covercle et xij^{me} cocliaria argentea. Item lego Agneti quondam servienti Johanne uxoris mee in auxilium sustentacionis sue xx marcas et unum lectum cum coverlidd' et testir. Item lego dicte Johanne filie mee unam carucam cum toto apparatu cum quatuor bobus et ij affris. Item lego Willelmo Misterton' xx libras et unum ciphum argenteum. Item lego domino Rogero Smyth' capellano xl s. Item lego domino Johanni Dussell' capellano xx s. Item Johanni de Willugby xl s. Item lego executoribus meis laborantibus circa testamentum meum racionabiles misas et expensas de bonis et catallis meis. Item Roberto Ray vj s. viij d. Item Alicie sorori mee commorante apud Bedford' c s. Item Willelmo filio suo xl s. Item lego Thome de la Launde unum ciphum cum covercle. Item lego Margarete filie mee unum ciphum meum que utor cum covercle et xij^{me} coclearia argentea. Item Ricardo de Launde filio eorum unum ciphum cum covercle et xl s. Item Rogero Launde xl s. Item Alicie Launde sorori eius xl s. Item Warino servienti dicti Thome Launde vj s. viij d. Item lego et volo quod redditus meus apud Swafeld' videlicet xx s. quos emi de Waltero Colvyle remaneat Ricardo Yorke ad terminum vite sue et post decessum eiusdem Ricardi volo quod predictus redditus xx s. remaneat Willelmo Misterton' et Johanne uxori eius et heredibus de corporibus eorum legitime procreatis imperpetuum. Item lego Roberto Parker xiij s. iiij d. Item

Gybon'[1] xiij s. iiij d. Item Thome Holme xl s. Item lego et volo quod Willelmus Misterton' et Johanna uxor eius habeant omnia terras et tenementa mea cum boscis pratis pascuis et pasturis redditibus et cum omnibus aliis suis pertinenciis que habeo in villis et campis de Lobythorp' habendis eidem Willelmo et Johanne uxori eius et heredibus de corporibus eorum legitime procreatis imperpetuum. Item lego et voluntas mea est quod dictus Thomas de la Launde et Margareta uxor eius habeant dominium meum vocatum dominium de Howby cum omnibus suis pertinenciis in Northwytheme et alibi ac eciam manerium meum quod quondam fuit Andree Dyve cum omnibus suis pertinenciis in Northwytheme et alibi et manerium meum vocatum Walssher et Buskby in comitatu Leycestr' ac eciam omnes redditus et servicia cum omnibus suis pertinenciis in Gunby et Wytham habendis eisdem Thome et Margarete uxori eius et heredibus de corporibus eorum legitime procreatis sub ista condiccione quod executores mei habeant totum proficium predictorum maneriorum cum pertinenciis suis per duos annos integros proximos sequentes statim post decessum meum ad faciendum et perficiendum voluntatem meam. Et quod non licebit prefatis Thome et Margarete nec alicui eorum nomine intrare in dicta maneria cum omnibus suis pertinenciis nec in aliqua parcella eorundem usque in finem duorum annorum predictorum plenarie completorum in forma predicta et quod feoffati mei non faciant statum medio tempore prefatis Thome et Margarete. Item volo et ordino quod predicti Thomas et Margareta uxor eius habeant manerium meum de Upton' cum suis pertinenciis habendum eisdem Thome et Margarete et heredibus de corporibus eorum legitime procreatis sub tali condiccione quod facient securitatem bonam ad inveniendum unum capellanum ydoneum et honestum divina celebrandum imperpetuum in capella de Northwytham pro anima mea et anima Johanne uxoris mee patris mei et matris mee Johannis Devereux et animabus omnium aliorum benefactorum meorum. Item volo et ordino quod Rogerus Smyth' capellanus habeat placeam meam cum suis pertinenciis in Eston' ad terminum vite sue solvendum inde annuatim Agneti quondam servienti Johanne uxoris mee ad terminum vite sue xiij s. iiij d. Et post decessum predictorum Rogeri et Agnete volo quod predicta placea cum suis pertinenciis remaneat prefatis Willelmo Misterton' et Johanne uxori eius et heredibus de corporibus eorum legitime procreatis imperpetuum sub tali condiccione quod invenient quinque cereas cere ardente in capella de Northwytham quolibet anno imperpetuum. Item lego et volo quod omnes terre mee vocate Kedewe apud Heth' in comitatu Kanc' cum omnibus suis pertinenciis ac eciam omnes terre et parcelle mee in Southwytham vendentur per feoffatores et executores meos et denarii inde recepti distribuantur pro anima mea et anima Johanne uxoris mee patris mei et matris mee Johannis Devereux et omnium

[1] *Sic.*

aliorum benefactorum meorum. Et si predicti Thomas de la Launde et Margareta eius uxor sine heredibus de corporibus eorum legitime procreatis obierint quod absit, tunc volo quod omnia predicta maneria terre et tenementa redditus et servicia cum omnibus suis pertinenciis vendantur et distribuantur per executores meos pro animabus predictis et animabus omnium fidelium defunctorum. Item lego et volo quod residuum omnium bonorum meorum non legatorum sit et sint in disposicionem et ordinacionem executorum meorum, videlicet datis in operibus elemosinarum intuitu caritatis et in missis celebrandis prout eis melius viderint expedire pro anima mea et animabus predictis et animabus omnium fidelium defunctorum. Item volo et lego quod hospicium meum cum tota familia mea ac pro amicis meis medio tempore subvenientibus tenetur post diem obitus mei per unum annum integrum. Et quod servientes mei habeant stipendia sua integra per idem tempus eodem modo sicut ego anno preterito eis solvebam cum legacione cuilibet eorum in isto testamento eis prius legata. Item lego domine Katerine domine de Bello Monte unam tabulam auream quam habeo et quod illam habeat si ei placeat in remembracione mei. Item lego Willelmo Hanyngfeld' quod ipse habeat in remembracione mei c s. Huius autem testamenti mei facio ordino et constituo executores meos videlicet Thomam de la Launde Willelmum Misterton' et Rogerum Smyth' capellanum quibus trado ministracionem omnium bonorum meorum in scripta prenotata. In cuius rei testimonium huic presenti testamento meo sigillum meum apposui. Dat' in festo et anno supradictis.

[*Folio 60*]

Approbacio eiusdem.[1] Undecimo die mensis Januarii anno domini millesimo cccc^{mo} xj^{mo} apud Sleford' coram reverendo in Christo patre et domino domino Philippo dei gracia Lincoln' episcopo exhibitum fuit testamentum predicti Nicholai Tye nonnulla bona notabilia in diversis diocesibus tempore mortis sue notorie obtinentis cuius pretextu ipsius testamenti probacio et insinuacio ac pro ipsius valore pronunciacio bonorum eiusdem defuncti administracionis commissio compoti administracionis huiusmodi audicio reddicio et finaliter liberacio ab eadem ad dictum reverendum patrem solum et insolidum et nullum alium episcopo inferiorem iudicem de iure et nomine ecclesie sue Lincoln' ac de consuetudine laudabili et antiqua hactenus usitata legitimeque prescripta pro bonis saltem infra diocesim suam existentibus dinoscuntur notorie pertinere ac pro bonis memoratis sufficienter probatum per eundem reverendum patrem approbatum et insinuatum ac pro valore eiusdem pronunciatum. Commissaque fuit [iuxta] lege spirituali predictis[2] administracio omnium bonorum dictum defunctum et eius testamentum

[1] Marginal note: "Notabilia". [2] *Sic*.

concernencium et infra diocesim Lincoln' existencium cum Thome de la Launde et Willelmo Misterton' executoribus in eodem testamento nominatis in forma iuris iuratis, potestate committendi consimilem administracionem domino Rogero Smyth' capellano executore suo cum venerit et eam admittere voluerit ac compoto administracionis huiusmodi eidem reverendo patri specialiter reservatis.

1411/12. February 12th. The official of the archdeacon of Bedford notifies the bishop that he has made public proclamation of the forthcoming trial of Henry Stonus, clerk, of Higham Ferrers.

Certificatorium proclamacionis pro deliberacione Henrici Stonus.[1] Reverendo in Christo patri ac domino domino Philippo dei gracia Lincoln' episcopo vestris ve in hac parte commissariis humilis et devotus filius vester domini archidiaconi Bedford' officialis obedienciam reverenciam et honorem debite tanto patri. Mandatum paternitatis vestre reverende penultimo die mensis Januarii ultimo preterito obedienter recepi sub hac forma verborum. Philippus permissione divina Lincoln' episcopus dilecto filio officiali archidiaconi nostri Bedford' salutem graciam et benediccionem. Cum Henricus Stonus de villa de Hygham Fererys nostre diocesis super eo quod ipso in die sancte Gregorii pape anno regni Regis Henrici quarti post conquestum quarto intravit domum Rogeri Boneton' et tresdecim solidos cum quatuor denariis ex Thoma Croft capellano depredatus fuit et felonice asportavit diffamatus ut asseritur extitisset, et propter hoc per potestatem laicam captus et incarceratus ac nobis per iusticiarios domini nostri Regis tamquam clericus liberatus existat in foro ecclesiastico secundum canonum sancciones uno modo vel alio libere iudicandus, vobis in virtute obediencie firmiter iniungendo mandamus quatinus in singulis ecclesiis dicti archidiaconatus et presertim illarum partium in quibus contra ipsum clericum super huiusmodi crimine fama dicitur laborare et alibi videritis expedire tribus diebus dominicis solempnibus et festivis proximis post recepcionem presencium sequentis dum maior in eisdem affuerit populi multitudo necnon loci capitulo si interim inveneat celebrando palam faciatis proponi et publice proclamari quod si quis sit qui velit aut valeat dictum Henricum Stonus clericum super dicto crimine accusare aut alias in forma iuris prosequi contra ipsum, compareat coram nobis aut nostris in hac parte commissariis in ecclesia prebendali de Bannebury dicte nostre diocesis die jovis proximo post festum sancti Valentini martiris proximum futurum si iuridicus fuerit, alioquin proximo die iuridico ex tunc sequente cum continuacione et prorogacione dierum tunc sequencium et locorum si opus fuerit pro termino peremptorie et preciso, quicquid sibi de iure competat in hac parte contra dictum clericum in forma

[1] *Supra*, p. 243.

iuris propositurus et prosecuturus cum effectu facturusque ulterius et recepturus quod iusticia suadebit de diebus vero recepcionis presencium necnon de omni eo quod feceritis in premissis nos vel dictos nostros commissarios dictis die et loco certificetis per litteras vestras patentes harum seriem continentes sigillo autentico consignatas. Dat' sub sigillo nostro in castro nostro de Sleford' decimo die mensis Januarii anno domini millesimo cccc^{mo} xj^{mo}, et consecracionis nostre anno septimo. Cuius auctoritate mandati vestri reverendi in quampluribus ecclesiis dicti archidiaconatus et maxime illarum partium in quibus super dicto crimine fama dicitur laborare et aliis locis quibus michi videbatur expediens necnon in diversis capitulis in dicto archidiaconatu interim per me celebratis secundum formam dicti mandati vestri palam et publicum proponi et proclamavi et feci proclamari, quod si quis sit qui velit aut valeat dictum Henricum Stonus super crimine predicte accusare aut alias in forma iuris prosequi contra eundem compareat coram vobis aut vestris in hac parte commissariis in ecclesia prebendali de Bannebury predicta die jovis proximo post festum sancti Valentini proximum iam futurum si iuridicus fuerit, alioquin proximo die iuridico tunc sequente cum continuacione et prorogacione dierum tunc sequencium et locorum si necesse fuerit pro termino peremptorio et preciso quicquid sibi de iure competat in ea parte contra dictum Henricum Stonus in forma iuris propositurus et prosecuturus cum effectu facturusque ulterius et recepturus quod tenor et effectus dicti mandati vestri reverendi exigunt et requirunt. Que omnia et singula vestre paternitati reverende significo per presentes sigillo officii mei consignatas. Dat' apud Bedeford' xij^{o} die mensis Februarii anno domini supradicto.

1411/12. January 15th, Sleaford. Commission to Ralph Stepping, chaplain, to have the custody of the fruits of Epworth chantry on account of the absence of the previous custodian, and to provide for the cure of souls.

xv^{to} die mensis Januarii anno domini millesimo cccc^{mo} xj^{mo} apud Sleford' emanavit commissio Radulpho Stepynge capellano ad custodiendum fructus cantarie de Ypworth' propter absenciam domini Johanni Cok' ultimi custodi eiusdem et faciendum deserviri eidem cantarie et reservandum residuum fructum.

1411/12. January 18th, Sleaford. Licence to Thomas Stevens of Standlake for an oratory.

xviij^{o} die mensis Januarii anno domini supradicto apud Sleford' concessa fuit licencia Thome Stevenes de Stanlak' Lincoln' diocesis quod possit divina facere celebrare in oratorio sive capella infra mansum suum de Stanlak' predicta per triennium.

1411/12. January 22nd, Sleaford. Letters dimissory to Thomas Grant (Graunt) of Legbourne (Legburn'), having the first tonsure, to all orders. [B.]

[*Folio 60v*]

1411. Testament of Isabel Pers of Barkston. Dated November 13th. No probate.

Testamentum Isabelle Pers.[1] In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Die veneris proximo post festum sancti Martini in yeme anno domini millesimo cccc^{mo} xj^{mo}, ego Isabella Pers de Barkeston' sane mente et egra in corpore condo testamentum meum in hunc modum. Primo lego animam meam deo beate Marie et omnibus sanctis et corpus meum ad sepeliendum in cimiterio ecclesie sancti Nicholai de Barkeston' cum optimo meo animali nomine principalis. Item lego fabrice dicte ecclesie unam cistam et unum gausape et duas ulnas panni linii pro vexillis componendis. Item lego Johanni fratri meo duas ulnas roseti pro roba. Item lego Margarete uxori eius optimum coopertorium meum et optimam tunicam meam. Item lego Johanni filio fratris mei unam potellam continentem lagenam et unum matras. Item lego altero puero Johanni filio fratris mei unum urciotum et unum coverlyd et unum par lintheaminum veterum. Item lego Emme Rowsyng de Reskyngton' armilausam meam. Item lego uxori Johannis Weyier' de Syeston' unam archam et unam patellam. Item lego cuidam mulieri pauperi de Meelton' meliorem meam robam. Item lego in cera ad comburendum circa corpus meum in die sepulture mee tres libras. Et volo quod unus cereus componatur de .....[2] eius ad comburendum in elevacione corporis Christi. Item lego sacerdoti celebranti pro anima mea per unum annum vj marcas et dimidium. Item lego et[3] omnes astantes ad sepulturam meam et orantes pro anima mea honeste cibarentur cum pane caseo et cervisia ac modica pitancia carnis. Residuum vero bonorum meorum do et lego Johanni fratri meo quem constituo meum fidelem executorem ut ipse ordinet et disponat de eis si qua fuerint pro anima mea sponsi mei patris matris ac omnium antecessorum meorum utpote in die iudicii coram summo iudice voluerit responsa committere. In cuius rei testimonium huic presenti testamento sigillum meum apposui. Teste Willelmo Curteys capellano parochiali eiusdem ville ac meo fideli confessore. Dat' die et loco supradictis.

1411/12. February 7th. Licence for an oratory to Thomas English of Hargrave.

Septimo die mensis Februarii anno domini millesimo cccc^{mo} xj^{mo} apud Sleford' concessum fuit oratorium Thome Englys et Johanne

[1] Abstract in *Linc. Wills*, p. 133. [2] Illegible. [3] *Sic.*

uxori sue de Hardegrave in aliquo loco decente et honesto divina facere celebrari per triennium.

1411/12. February 12th, Sleaford. Commission to Robert Haynton, chaplain, and Roger Kempston, of Keysoe, to collect the fruits of the vicarage of Keysoe and to provide for the cure of souls, and to grant a suitable portion of the fruits to the vicar, who has been committed to custody.

Ad excercendum curam pro vicario de Caysho. xij° die mensis Februarii anno domini etc. ut supra apud Sleford' commissa fuit domino Roberto Haynton' capellano et Rogero Kempston' de Caysho coniunctim et divisim ad colligendum exigendum recipiendum et conservandum fructus redditus et proventus vicarie de Caysho predicta domino Riginaldo Sykence vicario eiusdem carceri mancipato et ad faciendum deserviri eidem ecclesie etc. et ad ministrandum porcionem congruam de ipsis fructibus eidem vicario pro vite sue necessariis et ad supportandum onera eidem vicarie incumbencia etc. quam diu domino placuerit.

1411/12. February 16th, Sleaford. Letters dimissory to John Tattershall (Tateshale), having the first tonsure, to all orders. [B.]

1411/12. February 26th, Liddington. Dispensation by direction of the papal penitentiary to William Haynton, clerk, that he may proceed to all orders and hold a benefice with cure, notwithstanding his illegitimacy.

Haynton' dispensacio. Memorandum quod xxvj^to^ die mensis Februarii anno domini ut supra apud Liddington' reverendus in Christo pater et dominus dominus Philippus dei gracia Lincoln' episcopus auctoritate litterarum reverendissimi in Christo patris et domini Antonii miseracione divina episcopi Portuen' eidem episcopo Lincoln' directarum cum Willelmo Haynton' Lincoln' diocesis clerico super defectu natalium quem patitur de soluto genitus et soluta quod ipso defectu non obstante possit ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere eciam si curam habeat animarum secundum formam vim et effectum litterarum huiusmodi et sub modo in eisdem recitato misericorditer in domino dispensavit et super huiusmodi dispensacione habuit litteras testimoniales sub sigillo domini etc.

1411/12. February 27th, Liddington. Letters dimissory to William Oxford (Oxford'), John Montague (Montegwe) and Richard Goodinge (Godymyge), canons of St. Frideswide's Priory, Oxford, to all orders. [B.]

1411/12. March 2nd, Liddington. Licence to Richard Leyot, rector of Brampton (Brampton'), subdeacon, for two years' non-residence for study, in accordance with the clause "Cum ex eo". [C.]

1411/12. March 4th. Letters dimissory to Richard Skipper (Skyppar') of Denford (Denford'), acolyte, to all orders. [B.]

1411/12. March 6th, Lutterworth. Licence to Alexander Curteys, rector of Ickford, to preach in the archdeaconry of Buckingham and the adjacent parts of the archdeaconry of Oxford.

Memorandum quod vj^{o} die mensis Marcii anno etc. ut supra apud Lutterworth' concessa fuit licencia magistro Alexandro Corteys in artibus magistro rectori ecclesie parochialis de Ickford' quod possit predicare ubicumque per archidiaconatum Buk' et in confinibus archidiaconatus Oxon' eidem archidiaconatu Buck' magis convicinis quam diu domino placuerit.

1411/12. March 24th, Liddington. Letters dimissory to John Dyvet, having the first tonsure, to all orders. [B.]

1411. June 2nd, Sleaford. Dispensation by authority of the papal penitentiary to John Sherwood, clerk, that he may proceed to all orders and hold a benefice with cure, notwithstanding his illegitimacy.

Shirewode dispensacio. Memorandum quod secundo die mensis Junii anno domini millesimo cccc^{mo} xj^{mo} apud Sleford' reverendus in Christo pater et dominus dominus Philippo dei gracia Lincoln' episcopus auctoritate litterarum reverendissimi patris domini Petri miseracione divina episcopi Tusculan' eidem domino episcopo Lincoln' directarum cum Johanne Shyrewode Lincoln' diocesis clerico de soluto genito et soluta quod ipso defectu non obstante possit ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere eciam si curam habeat animarum misericorditer dispensavit et super hoc habuit idem Johannes litteras testimoniales sub sigillo domini.

[*Folio 61*]

QUARTO KALENDAS APRILIS ANNO DOMINI MILLESIMO QUADRINGENTESIMO DUODECIMO INCIPIT ANNUS OCTAVUS CONSECRACIONIS REVERENDI IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI DOMINI PHILIPPI DE REPYNGDON' DEI GRACIA LINCOLNIEN' EPISCOPI.

1412. March 28th, Belgrave. Letters dimissory to Ralph Spare of Chadstone (Chadreston'), acolyte, to all orders. [B.]

1411/12. Testament of John Irby of King's Cliffe. Dated February 11th. Proved at Leicester on April 1st, 1412.

IRBY TESTAMENTUM.[1] In dei nomine amen. Ego Johannes Irby de Cleve compos mentis condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo omnipotenti et beate Marie virgini et omnibus sanctis eius et corpus meum ad sepeliendum in ecclesia Omnium Sanctorum de Cleve. Item lego nomine principalis optimum meum animal. Item lego summo altari predicti ecclesie ij s. Item lego capellano parochiali predicte ecclesie xij d. Item lego clerico predicte ecclesie vj d. Residuum vero omnium bonorum meorum do et lego Johanni Cleve priori monasterii beate Marie de Pratis Leycestr' Roberto Smyth' clerico et Johanne uxori mee, quos quidem ordino facio et constituo executores meos ut ipsi ordinent et disponant de eis secundum quod videbitur illis anime mee melius expedire. Dat' apud Cleve undecimo die mensis Februarii anno domini millesimo cccc^{mo} undecimo.

APPROBACIO EIUSDEM. Primo die mensis Aprilis anno domini millesimo cccc^{mo} duodecimo apud Leycestr' exhibitum probatum fuit dictum testamentum et approbatum ac insinuatum ac pro eodem pronunciatum, commissaque fuit administracio omnium bonorum dictum defunctum et dictum eius testamentum concernencium et infra iurisdiccionem episcopi Lincoln' existencium fratri Johanni Cleve predicto in forma iuris iurato, potestate consimilem administracionem ceteris executoribus suis in eodem testamento nominatis cum eam admittere voluerint ac compoto administracionis sue reservatis.

1412. April 6th, Liddington. Grant of forty days' indulgence to all who contribute towards the rebuilding of the bridge called Priestbridge at Barrow.

INDULGENCIA PRO PONTE VOCATO PRESTBRYGGE. Sexto die mensis Aprilis anno domini ut supra apud Lidyngton' emanavit indulgencia xl dierum omnibus contribuentibus refeccioni et reparacioni pontis vocati Prestbrygge de Barugh' etc. per biennium.

[1] Abstract in *Linc. Wills*, p. 127.

1412. April 8th, Liddington. Letters dimissory to Robert Horwood (Horewod'), acolyte, and to Richard Harrowden (Harewdon'), acolyte, to all orders. [B.]

1412. April 19th, Sleaford. Letters dimissory to John Billing (Byllyng) of Gayton, acolyte, to all orders. [B.]

1412. April 21st, Sleaford. Letters dimissory to William Cumberworth, clerk, to all orders. [B.]

1411/12. Testament of Roger Coringham. Dated February 18th, at London. Proved at Lincoln before the archbishop of Canterbury on April 19th, 1412.

Coringham testamentum.[1] In die nomine amen. Ego Rogerus Coringham sanus mente videns in mortis periculum indies minare condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam omnipotenti deo beate virgini Marie eius matri et omnibus sanctis tuendam [*Folio 61v*] corpus que meum humandum fore infra monasterio de Grace apud turrim London'. Insuper do et lego omnia bona mobilia ubicumque fuerint inventa magistro Johanni Coringham nepoti meo annexis sibi in adiutoribus hiis personis Johanne Bush' et Johanne Marschall' clericis in supervisione distribucione et ordinacione eorundem, dans et concedans eidem magistro Johanni plenam potestatem omnium bonorum predictorum ad recipiendum exigendum levandum distribuendum que ea annexis sibi personis prenominatis secundum quod sue discreccioni pro bone anime mee consonum videtur et oportunum. In cuius rei testimonium hiis litteris presentibus sigillum meum propria manu apposui, hiis testibus magistro Galfrido Wyke Willelmo Everyngham Ricardo Fyssh' Henrico Scroby. Dat' apud London' anno domini millesimo cccc^{mo} secundum cursum et computacionem ecclesie Anglicane undecimo mensis Februarii decimo octavo.

Approbacio eiusdem. xix^{mo} die mensis Aprilis anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{mo} apud Lincoln' coram reverendissimo in Christo patre et domino domino Thome dei gracia Cant' archiepiscopo exhibitum fuit testamentum magistri Rogeri Coringham nonnulla bona notabilia in diversis diocesibus tempore mortis sue notorie obtinentis, cuius pretextu ipsius testamenti probacio et insinuacio ac pro ipsius valore pronunciacio bonorum eiusdem defuncti administracionis commissio compoti administracionis huiusmodi audicio reddicio et finalis liberacio ab eadem ad dictum reverendissimum patrem solum et insolidum et nullum alium ipso inferiorem iudicem de iure et nomine ecclesie Lincoln' ac de consuetudine laudabili et antiqua hactenus usitata legitimeque prescripta pro bonis saltem infra diocesim Lincoln' existencium dinoscuntur

[1] Abstract in *Linc. Wills*, p. 115.

notorie pertinere ac pro bonis memoratis sufficienter probatum et per eundem reverendissimum patrem approbatum et insinuatum ac pro valore eiusdem pronunciatum, commissaque fuit administracio omnium bonorum dictum defunctum et eius testamentum concernencium et infra diocesim Lincoln' existencium magistro Johanni Coringham executori in eodem testamento nominato in forma iuris iurato, ac compoto administracionis huiusmodi eidem reverendissimi patri specialiter reservato.

1412. April 22nd, Sleaford. Letters dimissory to John Baldock (Baldok'), scholar, to all orders, [B.] "ad contemplacionem domini la Zouche."[1]

1412. Testament and last will of Adam Friday, of Moulton. Dated April 9th, at Holbeach. Proved before Bishop Repingdon at Nettleham on April 28th.

Testamentum Ade Fryday.[2] In dei nomine amen. Ego Adam Fryday de Multon' sane memorie die sabbati in septimana Pasche videlicet nono die mensis Aprilis anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{o} condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo omnipotenti beate Marie et omnibus sanctis corpusque meum ad sepeliendum ubicumque deo placuerit et meum melius animal nomine principalis. Item lego fabrice ecclesie de Weston' vj s. viij d. Item fabrice ecclesie de Multon' vj s. viij d. Item fabrice ecclesie de Holbech' vj s. viij d. Item fabrice matrice ecclesie Lincoln' vj s. viij d. Item domui sancte Katerine Lincoln' xl d. Item ordini fratrum Carmelitarum Lincoln' vj s. viij d. Item ordini fratrum predicatorum de sancto Botulpho vj s. viij d. Item lego utrique capellano parochiali xij d. et cuilibet alio capellano existenti in exequiis meis viij d. et utrique clerico aquebaiulo iij d. et cuilibet alio clerico ibidem existenti j d. Item lego domino Willelmo Breton' capellano xx s. et togam meam de scarlett' penulatam. Item lego Johanni filio meo duas togas penulatas unam blodiam et unam nigram de worstede. Item lego eidem Johanni unum ciphum inaureum j peceam argenteam vj coclearia argentea j pelveum cum lavacro j doseyn de vase putrio j ollam eneam j lectum j bursam et j anulum ac eciam optimam zonam meam cum baslardo meo. Item lego Isabelle filie mee j ciphum inaureum j peceam argenteam vj coclearia argentea j pelveum cum lavacro j doseyn de vase putrio j lectum j bursam et j anulum. Item lego Katerine filie mee j ciphum inaureum j peceam argenteam vj coclearia argentea j pelveum cum lavacro j doseyn de vase putrio j lectum j bursam et j anulum. Item lego predicto Johanni filio meo ollam eneam predicte Isabelle ollam eneam et Katerine ollam eneam. Item lego Ricardo Halm' xx s. et domine Beatrici Halm' xx s.

[1] See *supra*, I, p. 43, note. [2] Abstract in *Linc. Wills*, p. 120.

Item lego Alicie Paynet xiij s. iiij d. j togam de blodio duplicanti et j novum cooportorium cum tapeto et j par linthiaminum. Item lego Collette servienti mee vj s. viij d. et togam nigram. Item Isabelle Mounford' xl d. et togam de tauney. Item lego Johanni Calowe xx s. et j novam togam de blodio cum penula quas ultimo habui de domino Willelmo Flete milite. Item lego Johanni Thyndey xl d. et nigram togam. Item volo habere quatuor capellanos celebrantes per annum integrum pro anima mea et animabus Elianore uxoris mee Johannis Halm' et Margarete uxoris sue Alexandri Alkace et Emme uxoris sue. Item volo habere unum capellanum celebrantem per annum integrum pro animabus Johannis Hudson' et Willelmi Cope. Item lego Ricardo Welby xx s. et Ricardo Pynchebek' xx s. Item lego fratri Gilberto Bryghtlem vj s. viij d. et fratri Willelmo Hekynton' vj s. viij d. Item lego domino Roberto Poynton' capellano j bursam vj s. viij d. Item Rogero Bryghtlem vj s. viij d. et Elianore filie xl d. et vj virgas de panno lineo. Item Johanni filio eiusdem Rogeri xl d. et filiolo meo ibidem xl d. Item lego Idonye Fryday xl d. Item lego filio Thome Kelwode filiolo meo xl d. et Johanne uxori eiusdem Thome dimidium quarterium frumenti et dimidium quarterium brasei. Item lego Willelmo Tyngull' xl d. Item Galfrido servienti meo xl d. et dimidium quarterium brasei et j heyt' frumenti. Item lego Johanni filio Agnetis Fraunceys vj s. viij d. Item lego Elizabethe filie Stephani Bekke xl d. Item Ade filio Johannis Paynet xl d. Residuum vero bonorum meorum non legatorum committo disposicioni executorum meorum quos constituo dominum Willelmum Breton' capellanum et Johannem filium meum et Ricardum Welby supervisorem eorum. Dat' apud Holbech' die et anno supradictis.

[*Folio 62*]

Ultima voluntas eiusdem testamenti. Hec est ultima voluntas mei Ade Fryday de Multon' facta die sabbati in septimana Pasche videlicet nono die mensis Aprilis anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{o}. In primis volo quod Johannes filius meus habeat mesuagium meum apud Multon' cum cotagiis adiacentibus ex utraque parte et omnibus pertinenciis suis et unam peceam terre cum suis pertinenciis iacentem in Weston' vocatam Bernewell' et omnes terras meas in Holbech' cum suis pertinenciis. Item Isabella filia mea habeat terram meam apud Wydewyles in Multon' cum suis pertinenciis tenendam sibi et heredibus suis de corpore suo legitime procreatis. Et si dicta Isabella obierit sine herede de corpore suo legitime procreato, tunc volo quod dicta pecea terre cum suis pertinenciis revertatur predicto Johanni filio meo et rectis heredibus suis. Item volo quod Katerina filia mea habeat duas peceas terre cum suis pertinenciis iacentes in Multon' videlicet unam peciam vocatam Conyngland' et aliam peciam vocatam Asshetofte tenendas sibi et heredibus de corpore suo legitime procreatis. Et si obierit sine

heredibus de corpore suo legitime procreatis, tunc volo quod dicte due pecie revertantur predicto Johanni filio meo et rectis heredibus suis. Item volo quod Alicia Paynet habeat unam placeam terre cum edificacione desuper situata et aliis pertinenciis iacentem in Weston' vocatam Pypland' ad terminum vite eius, et post decessum dicte Alicie volo quod dicta placea terre cum edificacione et aliis pertinenciis revertatur predicto Johanni filio meo et rectis heredibus suis. Item volo quod Isabella et Katerina filie mee habeant sub forma predicta inter se dividenda quatuor cotagia iacentia in Multon' in le Stynegate quondam Nigelli Belward'. Item volo quod certe terre mee vendantur pro debitis meis persolvendis et capellanis inveniendis. Dat' apud Holbech' die et anno supradictis.

Approbacio eorundem. xxviij° die mensis Aprilis anno domini millesimo cccc^mo^ xij° apud Nettelham exhibita erant coram reverendo patre domino Philippo episcopo Lincoln' dicta testamentum et ultima voluntas que coram ipso legitime probata approbavit et approbata fuisse et esse pronunciavit et ea insinuavit et fecit plenarie insinuari administracionem quoque bonorum dicti defuncti infra diocesim Lincoln' existencium domino Willelmo Breton' capellano et Johanni filio dicti defuncti executoribus in dicto testamento nominatis in forma iuris iuratis eorum ad hoc accedente consensu commisit quam sponte admiserunt compoto et raciocinio administracionis sue per eos imposterum reddendis eidem reverendo patri specialiter reservatis.

1412. May 6th, Sleaford. Letters dimissory to Thomas Wybarne of Little Bowden (Boudon' parva), clerk, to all orders. [B.]

[Undated.] Letter from Bishop Repingdon to John Southam, official of Lincoln, notifying him of a forthcoming episcopal visitation of the consistory court and citing all advocates, proctors and other officials of the court to appear before the bishop in the church of St. Mary Magdalene at Lincoln on the appointed day.

Littera pro visitacione consistorii Lincoln'. Philippus permissione divina Lincoln' episcopus dilecto in Christo filio magistro Johanni Southam officiali nostri Lincoln' salutem graciam et benediccionem. Inter ceteras sollicitudines pastorali officio incumbentes visitacio ordinaria fore noscitur instituta per quam viciorum sontibus extirpatis mores hominum reformantur et virtutum plantaria seminantur. Hinc est quod nos pensatis tam utilitate quam necessitate notoriis causis que patentibus et legitimis nos moventibus vos officialem nostrum curiamque consistorii nostri Lincoln' ac omnes et singulos advocatos procuratores ac ceteros eiusdem curie officiarios et ministros quoscumque die [1] decrevimus prout proponimus concedente domino ex nostri officii debito

[1] Blank in MS.

visitare, tenore igitur presencium peremptorie vos citamus et per vos omnes et singulos dicte curie nostre advocatos procuratores officiarios et ministros quoscumque ac alios interesse in huiusmodi visitacione nostra de iure seu consuetudine habentes si qui fuit citari peremptorie volumus et mandamus quod dicto die [1] cum continuacione et prorogacione dierum sequencium si oporteat et locorum usque ad huiusmodi visitacionis expedicionem finalem in ecclesia beate Marie Magdalene civitatis Lincoln' compareatis et compareant quilibet eorundem visitacionem nostram ordinariam huiusmodi humiliter subituri ac super interrogandis a vobis et ipsis officium visitacionis huiusmodi tangentibus veritatem quam noveritis et noverint dicturi et depositurí potestatem et auctoritatem quas in officiis suis huiusmodi obtinentibus dicti officii exhibituri ostensuri et probaturi facturique ulterius et recepturi quod iusticia suadebit ac huiusmodi negocii qualitas exigit et requirit. Vobis insuper inhibemus ac per vos omnibus et singulis personis supradictis inhiberi volumus et mandamus ne in preiudicium visitacionis nostre huiusmodi faciende quicquam attemptetis vel attemptent seu faciatis aut faciant quomodolibet attemptari de die vero recepcionis presencium modo que et forma execucionis earundem ac nominibus et cognominibus per vos in hac parte citatorum ac officiorum eorundem nec omni eo quod feceritis in premissis nos dictis die et loco certificetis litteris vestris patentis harum seriem continentis sigillo vestro consignatis. Dat'.

1412. May 16th, Sleaford. Dispensation by authority of the papal penitentiary to John Roke of Sutton-le-Marsh and Marion, daughter of Alan Shorterat.

Roke et Marione Shorterat dispensacio. xvj^to^ die mensis Maii anno domini ut supra apud Sleford' reverendus pater dominus Philippus episcopus Lincoln' auctoritate litterarum reverendi patris domini Petri episcopi Tusculan' dicto reverendo patri episcopo Lincoln' directarum commisit vices suas magistro Thome Duffeld' ecclesie Lincoln' cancellario ad cognoscendum procedendum statuendum et diffiniendum ac dispensandum cum Johanne Roke de Sutton' in marisco et Mariona filia quondam Alani Shorterat secundum omnem vim formam et effectum dictarum litterarum etc. cum clausula certificandi loco et tempore oportunis etc. per litteras etc.

Same date and place. Licence to Richard Baxter, chaplain, vicar of Keelby, to celebrate one anniversary.

Eisdem die et loco concessa fuit licencia domino Ricardo filio Alani Bakester' de Keleby capellano vicario perpetuo ecclesie parochialis de Keleby Lincoln' diocesis quod postquam nactus fuerit

[1] Blank in MS.

corporalem possessionem dicte vicarie possit celebrare unum annale pro defunctis in dicta ecclesia usque festum sancti Michaelis Archangeli ex tunc proximum futurum ut in forma.

1412. May 21st. Letters dimissory to John Lord of Oakham (Ogham), acolyte, to all orders. [B.]

[*Folio 62*^{v}]

1412. May 27th, Sleaford. Dispensation by direction of the papal penitentiary to John Culley, clerk, that notwithstanding his illegitimacy he may proceed to all orders and also hold a benefice with cure.

Culley dispensacio. Memorandum quod xxvij^{o} die mensis Maii anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{o} apud Sleford' reverendus in Christo pater et dominus dominus Philippus dei gracia Lincoln' episcopus auctoritate litterarum reverendi patris Petri miseracione divina episcopi Tusculan' eidem episcopo Lincoln' directarum cum Johanne Culley Lincoln' diocesis clerico de coniugato genito et soluta quod ipso defectu non obstante possit ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere eciam si curam habeat animarum misericorditer dispensavit et super hoc habuit id Johannes litteras testimoniales sub sigillo domini.

1412. May 31st, Sleaford. Licence to Matthew de Leake for an oratory.

Ultimo die mensis Maii anno domini ut supra apud Sleford' concessum fuit oratorium Matheo de Leek' et Katerine eius uxori quod possint divina facere celebrari in manerio suo de Leek' per capellanos ydoneos per quinquennium.

1411/12. March 7th. Notification by Robert Marshall, chaplain, that the king has granted him a licence to found a chantry for one chaplain, in memory of William Wright, clerk, in the parish church of Kirkby Green, near Scopwick. The prior and convent of Kirby Bellars agree to pay eight marks annually from the rents of their lands in Buckminster and Sewstern to the present chaplain, William Honyman, and his successors. On the death of Robert Marshall, the right of presentation to the chantry is to pass to the bishop of Lincoln and the prior of the Hospital of St. John of Jerusalem in England. The chaplain is to celebrate mass daily, to recite the *Placebo* and *Dirige* and nine lessons, and to provide vestments, missal, portiforium, chalice, and other necessities.

1412. June 23rd, Sleaford. Ratification by Bishop Repingdon of the ordinance for the foundation of the chantry.

Ordinacio cantarie in ecclesia parochiali de Kyrkeby super le Grene iuxta Scopewyke. Universis et singulis Christi fidelibus ad quos presens scriptum nostrum indentatum et quatripartitum pervenerit nos Robertus Marsshall' capellanus et prior et conventus de Kyrkeby super Wrethek salutem in domino sempiternam. Ad vestram noticiam deducimus per presentes quod cum excellentissimus princeps et dominus noster dominus Henricus dei gracia Rex Anglie et Francie et dominus Hibernie nuper per cartam suam ex gracia sua speciali concesserit et dederit pro se et heredibus suis licenciam in prefato Roberto Marsshall' capellano quod ego quandam cantariam de uno capellano divina singulis diebus ad altare beate Marie in ecclesia parochiali de Kyrkeby super le Grene iuxta Scopewyke pro anima Willelmi Wryght' clerici ac animabus omnium fidelium defunctorum celebraturo imperpetuum iuxta ordinacionem predicti Roberti in hac parte faciendam fundare facere et stabilire possum ac nobis priori et conventui de Kyrkeby super Wrethek quod nos quendam annalem redditum octo marcarum de omnibus terris et tenementis nostris in Bukmynstre et Sheusterne que de dicto domino Rege non tenentur dare possumus et assignare capellano cantarie predicte prout in carta dicti domini Regis plenius continentur. Tenor vero cuius carte sequitur in hec verba. Henricus dei gracia Rex Anglie et Francie et dominus Hibernie omnibus ad quos presentes littere pervenerint salutem.[1] Sciatis quod de gracia nostra speciali pro viginti libris nobis solutis in hanaperio nostro concessimus et licenciam dedimus pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est Roberto Marsshall' capellano quod ipse quandam cantariam de uno capellano divina singulis diebus ad altare beate Marie in ecclesia parochiali de Kyrkeby super le Grene iuxta Scopewyke pro anima Willelmi Wryght' clerici ac animabus omnium fidelium defunctorum celebraturo imperpetuum iuxta ordinacionem predicti Roberti in hac parte faciendam fundare facere et stabilire possit et dilectis nobis in Christo priori et conventui de Kyrkeby super Wrethek quod ipsi quendam annalem redditum octo marcarum de omnibus terris et tenementis ipsorum prioris et conventus in Bykmynstre et Sheusterne que de nobis non tenentur ut dicitur dare possint et assignare capellano cantarie predicte habendum et percipiendum eidem capellano et successoribus suis capellanis eiusdem cantarie divina singulis diebus pro animabus predictis ad altare predictum in ecclesia predicta celebranturi imperpetuum. Et eidem capellano quod ipse predictum annalem redditum a prefatis priore et conventu recipere possit et habere suis et successoribus suis in forma predicta imperpetuum sicut predictum est tenore presencium similiter licenciam dedimus specialem statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendo edito non obstante. Nolentes quod predictus Robertus vel heredes sui aut predictus capellanus vel successores sui racione

[1] For an abstract of the king's licence, see *Cal. Pat. Rolls*, 1408–1413, p. 393.

statuti predicti per nos vel heredes nostros iusticiarios escaetores vicecomites aut alios ballivos seu ministros nostros vel heredum nostrorum quoscumque inde [occasionentur][1] molestentur impetantur inquietentur in aliquo seu graventur, salvis tamen capitalibus dominis feodi serviciis inde debitis et consuetis. In cuius rei testimonium has litteras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Westmonasterium septimo die Februarii anno regni nostri terciodecimo. Auctoritate cuius carte nos predicti prior et conventus concedimus pro nobis et successoribus nostris domino Willelmo Honyman capellano in dicta cantaria celebranti in presentem et in futurum celebraturum et successoribus suis capellanis ad dictam cantariam in futurum presentandis et celebraturis in dicta cantaria ad sustentacionem eiusdem domini Willelmi capellani et successorum suorum et pro omnibus dicte cantarie incumbentibus annuatim fuere temporibus imperpetuum duraturis octo marcarum sterlingorum solvendum dicto domino Willelmo capellano et successoribus suis in dicta cantaria celebraturis in futurum vel eorum certo attornato in ecclesia parochiali de Bukmynstre ad duos anni terminos videlicet ad festa sancti Michaelis Archangeli et Pasche scilicet per acquietanciam inde recipiendam per nos et successores nostros de predicto domino Willelmo et successoribus nostris. Et si contingat nos priorem et conventum de Kyrkeby super Wrethek seu successores nostros deficere in aliqua solucione predicta in parte seu in toto per unam septimanam ultra aliquid festum quo solvi debeat in futurum, extunc volumus et concedimus pro nobis et successoribus nostris quod bene liceat et licebit predicto domino Willelmo capellano et successoribus suis capellanis aut eorum attornato in omnibus terris et tenementis nostris in Bukmynstre et Sheusterne et in ecclesia de Bukmynstre cum suis pertinenciis ibidem absque contradiccione calumpnia impeticione vel impedimento nostri seu successorum nostrorum vel alicuius alterius nomine nostro distringere et districciones huiusmodi sic captas fugare asportare abducere usque ad manerium prioris hospitalis sancti Johannis Jerosalem in Anglia apud Dalby super le Wolde vel usque ad Kyrkeby super le Grene iuxta Scopewyke in comitatu Lincoln' ad voluntatem dicti capellani et successorum suorum et eas retinere ibidem quousque idem domino Willelmo seu eius attornato et successoribus suis aut eorum certis attornato de predicta solucione sic a retro existenti et de areragiis quibuscumque si que fuerint ac de omnibus costagiis sumptibus et expensis habitis et factis pro defectu solucionis predicte plenarie fuerit satisfactum. Et si contingat aliquam predictarum octo marcarum aretro fore non solutam per unam aliam septimanam extunc post predictam septimanam proximam sequentem in parte seu in toto in defectu nostro seu successorum nostrorum tociens et tunc fatemur nos et successores nostros teneri nos que et successorum nostrorum obligamus per presentes dicto domino Willelmo

[1] Illegible, but supplied conjecturally from the common form of mortmain licences.

et successoribus suis [*Folio 63*] in quadraginta solidis sterlingorum nomine pene ita quod bene liceat et licebit predicto domino Willelmo seu eius certo attornato et successoribus suis et eorum attornato in predictis terris et tenementis nostris et ecclesia nostra de Bukmynstre et suis pertinenciis pro predictis quadraginta solidis nomine pene sic forisfacta ac solucione predictarum octo marcarum sic aretro existenti distringere et districciones sic captas abducere asportare fugare usque ad predictum manerium predicti prioris hospitalis sancti Johannis Jerosalem in Dalby predicta vel usque ad Kyrkeby super le Grene iuxta Scopewyke in comitatu Lincoln' ad voluntatem dicti capellani et successorum suorum et eas retinere ibidem quousque de predictis quadraginta solidis ac de predicta solucione octo marcarum sic aretro existenti una cum dampnis et expensis ea de causa habitis et factis eis plenarie satisfactum. Et si aliqua solucio predictarum octo marcarum aretro fuerit non soluta per quindecim dies post huiusmodi predictam secundam septimanam proximam sequentem, tunc volumus et concedimus pro nobis et successoribus nostris, nos que et successores nostros obligamus domino episcopo Lincoln' qui pro tempore fuerit et priori hospitalis sancti Johannis Jerosalem in Anglia et successoribus eorum episcopis et prioribus coniunctim et divisim in centum solidos sterlingorum nomine pene et ad levandum huiusmodi penam pecuniariam nomine pene de terris et tenementis nostris et ecclesia nostra prenominata cum suis pertinenciis ibidem in quorumcumque manus devenerint in futurum episcopo Lincoln' et priori hospitalis sancti Johannis Jerosalem predicti ac successoribus eorum et cuilibet eorum coniunctim et divisim et eorum certis attornato vel alterius eorum certo attornato absque quavis compoti reddicione et absque quavis iuris regni Anglie vel ecclesiastici exaccione plenam et liberam tenore presencium pro nobis et successoribus nostris concedimus potestatem. Et hoc tociens quociens aliqua solucio predictarum octo marcarum aretro fuerit insoluta in defectu nostro et successorum nostrorum contra formam prenominatam, insuper ordinatum est inter me prefatum Robertum Marsshall' capellanum et nos predictos priorem et conventum de Kyrkeby super Wreke, videlicet quod quociencumque temporibus futuris predictam cantariam vacare contigerit per mortem predicti domini Willelmi Honyman nunc capellani cantarie predicte vel alio modo legitime seu per mortem suorum per me prefatum Robertum Marsshall' capellanum dum superstes fuero de alio capellano idoneo convenientis litterature et honeste conversacionis debet provideri qui statim si fieri potest vel saltim infra viginti dies ad maius per me Robertum Marsshall' capellanum reverendo domino episcopo Lincoln' et successoribus suis episcopis presentabitur. Et quod post mortem mei predicti Roberti capellani collacio patronatus predicte cantarie domino episcopo Lincoln' qui pro tempore fuerit una vice et priori hospitalis sancti Johannis Jerosalem in Anglia altera vice et successoribus eorum et cuilibet

eorum alterius vicibus devolvatur imperpetuum. Et quod capellanus cantarie predicte in sua admissione et inposicione corporale prestabit iuramentum quod omni die celebrabit missam suam et quod omni die dicet *Placebo* et *Dirige* cum novem leccionibus ac commendacione si sanus fuerit vel nisi fuerit aliqua causa legitima impeditus ac eciam quod inveniet vestimentum congruum missale portiphorium calicem patenam et omnia alia necessaria dicto altari pertinencia et incumbencia sumptibus suis propriis et expensis. In cuius rei testimonium ego prefatus Robertus Marsshall' capellanus cuilibet parti huiusmodi scripti quatripartiti sigillum meum apposui. Et nos predicti prior et conventus cuilibet parti huiusmodi scripti sigillum commune domus nostre apposuimus. Dat' in domo nostra capitulari prioratus de Kyrkeby super Wrethek septimo die mensis Marcii anno domini secundum cursum et computacionem ecclesie Anglicane millesimo quadringentesimo undecimo.

Ratificacio eiusdem. Philippus permissione divina Lincoln' episcopus predicta concessionem et ordinacionem ac omnia alia et singula quantum in nobis est auctoritate nostra pontificali ratificamus approbamus et confirmamus iure et indempnitate nostris et ecclesie nostre Lincoln' ac omnium aliorum quorum interest in hac parte in omnibus semper salvis. In quorum omnium et singulorum testimonium sigillum nostrum presentibus apposuimus. Dat' in castro nostro de Sleford' xxiij^{cio} die mensis Junii anno domini millesimo quadringentesimo duodecimo, et consecracionis nostre anno octavo.

1412. July 2nd, Old Temple. Letters dimissory to Walter Shirington (Shiryngton'), rector of Harlaxton, deacon, to priest's orders. [B.].

1412. July 22nd, Sleaford. Letters dimissory to William Derby of Quadring, having the first tonsure, to all orders. [B.]

1412. August 16th. Appointment of Robert Bilton, rector of Braunston, as sequestrator and commissary-general in the archdeaconry of Northampton, in the place of Richard Howlett, rector of Whiston.

Deputacio Bylton' in archidiaconatu North' sequestrator et commissarius generalis. xvj^{mo} die mensis Augusti anno domini ut supra deputatus fuit magister Robertus Bylton' in decretis bacallarius rector ecclesie parochialis de Braunston' Lincoln' diocesis sequestrator et commissarius generalis in archidiaconatu Northampton' ut in forma communi et revocata fuit consimilis potestas alias data et concessa domino Ricardo Houlet rectori ecclesie parochialis de Whyston',

1412. Testament and last will of Lady Elizabeth Darcy. Dated August 7th, at Knaith. Proved before Bishop Repingdon at Sleaford on August 16th, 1412.

Testamentum Elizabethe Darcy.[1] In dei nomine et patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Elizabetha Darcy die dominica proxima post festum sancti Petri ad vincula anno regni Regis Henrici quarti post conquestum Anglie xiij° condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam summo deo creatori meo et eius gloriose matri Marie et omnibus sanctis eius corpusque meum ad sepeliendum in ecclesiam monialium de Heynynges iuxta corpus venerabilis domini mei Philippi nuper domini Darci. Item lego rectori ecclesie de Knayth' meum optimum averium nomine mortuarii. Item volo quod ardeant circa corpus meum die exequiarum mearum quinque cerei de ponderato xxv librarum cere. Item xiij torches teneantur per xiij pauperes vestitos in albo panno quarum volo quod due remaneant in ecclesia beate Marie de Henynges et tres in capella ibidem et due apud Knayth' in ecclesia et due in ecclesia monialium apud Fosse et due in ecclesia beate Marie Magdalene [*Folio 63*v] apud Lincoln' infra clausum et due in ecclesia beate Margarete apud Lincoln' infra clausum. Item lego ecclesie de Knayth' unum vestimentum rubium de panno aureo unum calicem unum missale unum portos et unum parvum gradale. Item volo quod totum residuum vestimentorum meorum cum ornamento altaris et cum duobus pannis de dynnant pro altari cum una magna cista ligata cum ferro remaneat capelle de Henynges. Item remaneat dicte capelle unum magnum missale. Item volo quod meum parvum portos et meum magnum psalterium sint infixa cum una cathena ferri in capella de Heynynges et ibidem remanere. Item lego dicte capelle unum calicem deauratum cum ij fyals una campana una paxbrede de argento cum duabus tabulis putis pro altari. Item lego Margarete Fulthorp' xx s. ultra feodum suum nominatum in mea ultima voluntate. Item Thomesyn' xxvj s. viij d. Item Elisot Lilburn' ultra feodum suum xx s. Item volo quod Nicholaus Eston' clericus hospicii mei habeat suum feodum sibi solutum videlicet xx s. tantum et non plus. Huius autem testamenti mei ordino et constituo executores meos dominum Ricardum Tesdale capellanum Johannem Aston' et Walterum Chambyrleyn et supervisorem testamenti predicti requiro ut placeat magistro Ricardo subdecano ecclesie cathedralis beate Marie Lincoln' ad supervidendum execucionem huius testamenti mei ut faciant onus execucionis ad honorem dei et salutem anime mee. In cuius rei testimonium huic testamento meo sigillum meum apposui apud Knayth' die et anno supradictis.

Ultima voluntas eiusdem. Hec est ultima voluntas Elizabethe domine Darcy facta apud Lincoln' in vigilia sancti Thome apostoli

[1] Abstract in *Linc. Wills*, p. 117.

anno regni Regis Henrici quarti post conquestum Anglie terciodecimo quam voluntatem vult et requirit Nicholaum de Strelley Johannem de Leek' milites Robertum Tyrwhyt Symonem de Leek' et Willelmum de Lodyngton' quibus dictam Elizabetham per quoddam scriptum suum sub sigillo confectum dedit omnia bona sua et catalla prout in dicto scripto plenius apparet ut ipsi faciant de bonis et catallis predictis prout sequitur. In primis vult et requirit predictos feoffatos quod quandocumque ipsa reoffamentum de bonis et catallis predictis vel aliqua parcella eorundem pecierit quod ipsi sibi hoc facere placuerint. Et si antequam reoffamentum pecierit ab hac luce migraverit quod extunc dicti feoffati liberant Philippo filio et heredi Johannis ultimi domini Darcy unum lectum album de cerico cum viij tapettis et sex cussyns de eadem et unum librum de romans vocatum *Leschell' de Reson'* et duos primarios et unum anulum cum diamida infixa ad remanendum sibi et heredibus suis masculis dominis Darcy et hoc sub condiccione subsequenti, videlicet si predictus Philippus bene et amicabiliter sustineat foveat et adiuvet dictos feoffatos et eciam executores meos ad fideliter exequendum omnia et singula que in hac voluntate et in testamento meo continentur quando requiretur et si negligens remissus vel ingratus fuerit vel in aliquo impediens ad hanc voluntatem meam vel execucionem dicti testamenti perficiendum quod ex tunc dictus lectus cum tapetis et cusseyns primariis libro et anulo predictis feoffatis remanaverit ad vendendum et in pios usus convertendum preter librum de *Leschell' de Reson'* quem volo pro eius defectu liberetur domino Thome Grey de Heton'. Item volo quod dicti feoffati liberent dicto Philippo unum librum vocatum Bybill' et alterum librum vocatum *Sang Ryall'* et alterum librum vocatum *Lanselake* ad remanendum dicto Philippo et heredibus existentibus dominis Darcy. Item Thome Darcy filio meo unum lectum magnum rubium de worested' cum sex costres[1] vj cussyns rubei et blodii unam aulam rubei enbrodez cum animalibus et volucribus et iiij pies de eadem et unum broche wrythyn' cum uno piler. Item Agneti filie mee unum nouche cum j cressant et unum par de bedez de corall' optimum. Item Elizabethe filie mee unum primarium. Item Johanne filie mee unum nouche quadratum cum quatuor petris et unum lectum rubium enbroudesz cum rameshedes j par de blankettz j par linthiaminum j matras j canvias. Item Elianore filie mee j par de bedes de corall' de l gaudys cum auro et x marcas argenti. Item domino Johanni recluso de Welbek' xx s. Item volo quod nullus serviens meorum habeat aliqua feoda tanquam pertinencia officiis suis post mortem meam nec aliquid de bonis meis in quod hic expressum est in hac voluntate mea. Item Waltero Denys xl s. Item volo quod quilibet serviens meus in serviens in hospicio meo die obitus mei habeat feodum suum pro uno anno prox mo post diem obitus mei. Item volo quod liberent ad commune

[1] *Sic.*

proficuum domus de Henynges x marcas. Item priorisse de Henynges iij s. iiij d. et cuilibet moniali ij s. Item volo quod quicumque filius meus vel filia mea vel aliquis alius qui emerit de bonis nuper meis solvat in manu partium antequam habeat liberacionem bonorum sic emptorum. Item volo quod Agnes Umfravyll' soror mea habeat unum mantellum nigrum furratum cum grey. Item volo quod quatuor ordines fratrum Lincoln' habeat iiij libras inter se eque dividendas. Item volo quod exequie mee pro me fiant in ecclesia cathedrali Lincoln' et quilibet canonicus tunc ibidem presens habeat vj s. viij d. et quilibet vicarius [*Folio 64*] senex tunc ibidem presens habeat xx d. et quilibet vicarius iuvenis tunc ibidem presens habeat xij d. et quilibet clericus chorali tunc ibidem presens habeat viij d. Et quod liberent ad fabricam ecclesie cathedralis Lincoln' x marcas. Item Radulpho capellano Lincoln' xl s. Item ankaresse de Mannfeld' vj s. viij d. Item ankaresse de Knossall' xiij s. iiij d. Item fabrice ecclesie de Knayth' pro coopertura laticii borialis cum plumbo xl libras. Item fabrice ecclesie de Wherlton' xx s. Item ecclesie de Boynton' xx s. Item fabrice ecclesie de Whytkyrk' xx s. Item ecclesie de Ekyngton' xx s. Item ecclesie sancti Leonardi de Torkesay xx s. Item ecclesie monialium de Fosse xx s. Item volo quod cc li. expendantur super quinque capellanos celebrantes pro anima mea per decem annos proximos sequentes diem obitus mei et quod magister ordinis Augustini sit unus eorum et quod ipse annuatim iiij libras tamen pro salario et quorum quatuor capellanorum volo quod unus celebrabit in capella de Henynges et alius in ecclesie de Knayth' et alius in ecclesia monialium de Fosse et alius ubi executores mei eum volunt ordinare durante x annis predictis et quod dicta summa cc li. ponatur in una cista et custodiatur in quodam loco secreto ecclesie cathedralis Lincoln' et deliberatur annuatim per manus executorum meorum dictis capellanis durantibus illis x annis. Item volo quod omnes servientes mei in hospicio meo die obitus mei fuit vestiti in nigro panno empto cum bonis meis. Item volo quod magister Ricardus subdecanus Lincoln' habeat unum peice poused. Item volo quod residuum omnium bonorum meorum debitis meis solutis et legatis adimpletis remaneat executoribus meis ad disponendum ordinandum et distribuendum pro anima mea ubi salubrius et maius necesse fuerit prout eis viderit faciendum. Et quod quilibet executor meus capiens super se onus ministracionis bonorum et execucionis voluntatis mee habebit in rewardo c s. et expensis racionabilibus laborant in negocio defuncte.

Approbacio eiusdem testamenti. Tenore presencium noverint universi quod nos Philippus permissione divina Lincoln' episcopus testamentum nobilis mulieris dum vixit domine Elizabethe Darcy nostre diocesis defuncte nonnulla bona mobilia et immobilia in nostra et aliis diversis diocesibus tempore mortis sue notorie

obtinentis cuius pretextu ipsius testamenti probacio approbacio et insinuacio ac pro ipsius valore pronunciacio adminstracionis que bonorum eiusdem defuncte commissio ac compoti calculi et raciocinii administracionis huiusmodi audicio reddicio et finalis liberacio ab eadem ad nos iure et nomine ecclesie nostre Lincoln' ac de consuetudine laudabili hactenus usitata legitimeque prescripta ac pacifice et inconcusse observata et eciam lege speciali et ad nullum alium nobis inferiorem iuridicem pro bonis saltem infra nostram diocesim existentibus dinoscuntur notorie pertinere ac quandam ipsius defuncte ultimam voluntatem coram nobis exhibita et presentibus annexa ac pro bonis memoratis probata approbavimus et insinuavimus et per presentes approbamus et insinuamus ac pro valore eorundem pronunciamus testamentum et voluntatem predicta rite fuisse et esse condita, administracionem quoque omnium et singulorum bonorum prefatam defunctam et dictam eius testamentum et ultimam voluntatem concernencium ac infra nostram diocesim existencium et ad nos de iure et lege speciale pertinencium Johanni Aston' et Waltero Chambyrleyn executoribus in eodem testamento nominatis commisimus in debita iuris forma, domino Ricardo Tesdale coexecutore suo coram nobis huiusmodi administracionem palam et expresse recusante, ac compoto calculo et raciocinio huiusmodi administracionis nobis specialiter reservatis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' in castro nostro de Sleford' xvj^{to} die mensis Augusti anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{o}, et consecracionis nostre anno octavo.

1412. August 12th. Presentation by the abbot of Welbeck of the newly elected abbot of Hagnaby to Bishop Repingdon to receive benediction.

Presentacio abbatis de Hagneby pro benediccione obtinendo. Reverendo in Christo patri ac domino domino Philippo permissione divina Lincoln' episcopo suus humilis et devotus frater Johannes eadem paciencia abbas ecclesie de Welbek' ordinis Premonstraten' Ebor' diocesis reverencia tanto patri debitam cum honore. Venerabilem fratrem nostrum fratrem Johannem de Wynthorp' ecclesie de Hagneby nostri ordinis et vestre diocesis canonicum in patrem et pastorem eiusdem ecclesie tunc vacantis per fratres dicte ecclesie rite et canonice secundum nostri ordinis instituta electum et a nobis ad quem ipsius confirmacio iure paternitatis legitime dinoscitur pertinere prout nostri ordinis moris est confirmatum vestre paternitati reverende presentamus per presentes a vobis plenitudinem sui officii plenarie recepturum supplicantes dominacioni vestre humiliter et devote, ut cum idem electus ad vos venerit cum presentibus munus benediccionis vestre sibi inpertiri dignemur graciose. In quorum omnium testimonium et fidem presentes litteras sigillo nostro ac sigillo venerabilis patris nostri

domini Hugonis dei paciencia abbatis monasterii de Newhous nostri ordinis in dictis eleccione et confirmacione nobis assidentis signatas vestre reverende paternitati duximus prestandis conservet vos in prosperis nostri clemencia conditoris. Dat' in dicta ecclesia de Hagneby duodecimo die mensis Augusti anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{o}.

1412. July 17th. Proclamation of the trial before the bishop's commissaries of Thomas Heal of Somerset, convicted before the king's justices in 1408 for the theft of a chalice worth 20s. from the house of Nicholas Hebden, knight, of Gosberton. After giving proof of clerkship, the accused was delivered to the bishop's custody.

August 22nd. Commissions to the official of the archdeacon of Lincoln to issue citations, in the usual form, to the purgation of Thomas Heal in Beckingham church on September 19th; to William Aughton, archdeacon of Bedford, John Halliwell, Thomas Brouns and Thomas Nash to receive the accused's purgation; and to the constable of Newark castle to deliver him for trial on the appointed day.

Indictamentum Thome Heale. Deliberacio gaole castri Regis Lincoln' facta ibidem coram Willelmo Thyrnyng et Roberto Tyrwhyt iusticiariis domini Regis ad gaolam illam deliberandum assignatis die jovis in festo sancti Petri advincula anno regni Regis Henrici quarti decimo Lincoln' Thomas Heele de comitatu Somers' captus pro eo quod ipse die lune proximo ante festum sancti Bartholomei [*Folio* 64^{v}] apostoli anno regni Regis Henrici quarti nono apud Gosberkyrke de Nicholao de Hebbeden' milite de Gosberkyrk' unum calicem precii xx s. furtive cepit et asportavit, unde coram custodibus pacis domini Regis de Holand' in comitatu predicto iudicatus est venit per custodem gaole ductus et viso indictamento predicto instanter per iusticiarios allocutus est qualiter de felonia predicta ac velit acquietare dicit quod ipse in nullo est inde culpabilis. Et de hoc de bono et malo partium se super patriam ideo fiat inde iuratores iurati ad hoc electi triati et iurati dicunt super sacramentum suum quod predictus Thomas culpabilis est de felonia predicta superius sibi imposita. Et nulla habet bona neque catalla terras et tenementa etc. iuramento suspendatur etc. Et super hoc predictus Thomas dicet se clericum esse et tradito ei libro per curiam legit ut clericus. Et super hoc reverendus decanus Christianitatis Lincoln' gerens vices Philippi permissione divina Lincoln' episcopi ad exigendum et recipiendum vice et auctoritate ipsius episcopi secundum libertatem ecclesiasticam et regni consuetudinem approbatam quoscumque clericos seu alios viros ecclesiasticos pro quocumque captos et in comitatu predicto incarceratos seu incarcerandos de quibuscumque iusticiariis domini Regis ipsos liberandos habentibus potestatem et virtute litterarum ipsius episcopi quas

idem ordinarius hic profert et quarum. Data est apud Sleford' decimo septimo die mensis Julii anno domini millesimo cccc^{mo} nono, et sue consecracionis anno quinto. Petit ipsum tanquam clericum sibi liberari et ei liberatur salva custodie sub periculo quod incumbit.

Ad faciendum proclamaciones super eodem. xxij^{o} die mensis Augusti anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{o} apud Sleford' commissa fuit officiali archidiaconi Lincoln' ad faciendum publicas proclamaciones in forma consueta et ad citandum omnes oppositores etc. ad diem lune proximum post festum Exaltacionis Sancte Crucis proximum futurum in ecclesia de Bekyngham etc. ut in forma consueta.

Ad recipiendum certificatorium proclamacionis eiusdem. Eisdem die et loco commissa fuit Willelmo Aghton' archidiacono Bedford' Johanni Halywell' canonico ecclesie Lincoln' Thome Brouns in legibus licenciato et Thome Nassh' rectori ecclesie parochialis de Mydlyngton' Lincoln' diocesis ad recipiendos certificatorium proclamacionis huiusmodi et ad audiendos omnes citatos et ministrandos iusticie complementum et ad recipiendos purgacionem ipsius clerici etc. et certificandos negocio expedito cum nominibus et cognominibus compurgatorum etc. ut in forma consueta.

Mandatum constabulario. Eisdem die et loco scriptum fuit constabulario castri de Newerk' seu eius locumtenente quod ipsi exhibeant et sistant dictum clericum coram dictis commissariis et ad faciendum circa huiusmodi purgacio ve retrusio in carcerem quod ipsi commissarii duxerint ordinandum etc. ut in forma consueta.

1412. August 22nd, Sleaford. Licence to the rector of St. Peter-at-Pleas, Lincoln, to celebrate one anniversary, the permission to last for four years, on condition that it is renewed yearly.

Vicesimo secundo die mensis Augusti anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{mo} apud Sleford' concessa fuit licencia domino Arnaldo rectori ecclesie parochialis sancti Petri ad placita Lincoln' ad celebrandum annale in eadem ecclesia per quatriennium sub condiccione quod idem faciat litteram licencie huiusmodi annis singulis renovari.

1412. August 26th, Sleaford. Licence to Richard Crosby, prior of Coventry, to preach anywhere in the diocese, during the bishop's pleasure.

xxvj^{to} die mensis Augusti anno domini ut supra apud Sleford' concessa fuit licencia fratri Ricardo Crosby prior Coventr' ad predicandum ubicumque voluerit infra diocesim Lincoln' quam diu domino placuerit,

1412. August 31st, Sleaford. Licence to Adam Redforth, master of arts, to preach in the archdeaconries of Oxford and Buckingham, during the bishop's pleasure.

Ultimo die mensis Augusti anno domini ut supra apud Sleford' concessa fuit licencia magistro Ade Redyforth' in artibus magistro ad predicandum verbum dei per archidiaconatus Oxon' et Buckyngham quam diu domino placuerit.

1412. Letter from the bishop of London (dated August 26th) forwarding a mandate from Archbishop Arundel (dated August 14th) for prayers and processions for the peace of the realm and the success of the duke of Clarence's expedition for the recovery of Aquitaine. Bishop Repingdon directs the clergy of the diocese to execute the mandate and certifies to the archbishop that this has been done (September 9th).

Littera domini Cantuar' pro processionibus. Reverendo in Christo patri et domino domino Philippo dei gracia Lincoln' episcopo Ricardus permissione divina London' episcopus salutem et sincere dileccionis continuum incrementum. Litteras reverendissimi in Christo patris et domini domini Thome dei gracia Cantuar' archiepiscopi tocius Anglie primatis et apostolice sedis legati vicesimo secundo die presentis mensis Augusti reverenter recepimus in hec verba. Thomas permissione divina Cantuar' archiepiscopus tocius Anglie primas et apostolice sedis legatus venerabili fratri nostro domino Ricardo dei gracia London' episcopo salutem et fraternam in domino caritatem. Excellentissimus in Christo princeps et dominus noster dominus Henricus dei gracia Rex[1] (etc.) [*to Folio 65*]. Dat' in palacio nostro Cantuar' xiiij° die mensis Augusti anno domini millesimo cccc^mo duodecimo, et nostre translacionis anno sexto decimo. Quarum auctoritate litterarum (etc.) [*to Folio 65v*]. Dat' sub sigillo nostro in manerio nostro de Wykham xxvj^to die mensis Augusti anno domini supradicto, et nostre translacionis anno quinto.

Execucio eiusdem. Nos igitur intunc advertentes quod ea que sancte viri orando afficiunt ita predestinata sunt ut precibus obtineantur et volentes propterea prefatas litteras in omnibus debite exequi ut tenemur, vobis auctoritate litterarum huiusmodi in virtute obediencie et sub pena contemptus firmiter iniungimus et mandamus quatinus in civitate nostra Lincoln' singulisque ecclesiis collegiatis conventualibus parochialibusque et aliis locis consuetis per dictum archidiaconatum ubilibet situatis necnon capitulis generalibus et sinodis interim celebrandum prefatas litteras publicetis clerumque et populum archidiaconatus predicti exhortamini prout eos consimiliter exhortamur ac per alios sic publicari et exhortari faciatis ut singulis quartis et sextis feriis extra tempus messium et

[1] As *Concilia*, III, p. 337 (undated). Cf. *Reg. Bubwith*, I, p. 126.

vindemiarum et durante tempore huiusmodi sigulis[1] diebus dominicis processiones faciant solempnes et consuetas iuxta omnem formam exigenciam et effectum litterarum predictarum pro causis et necessitatibus in eisdem litteris plenius expressatis et declaratis necnon premissa in publico per locorum curatos exponi oracionesque pro premissis necessitatibus speciales in ecclesiis eciam fieri faciatis eisdem clero et populo auctoritate supradicta firmiter iniungentes ut ab huiusmodi processionibus nullatinus desistatur inposterum quousque aliud a dicto reverendissimo patre habuerint in mandatis. Et ut mentes fidelium ad huiusmodi processionum et oracionum excercitium allectivis indulgenciarum numeribus propensius excitemus de dei omnipotentis immensa misericordia beatissimeque virginis Marie matris sue ac gloriosi confessoris beati Hugonis omniumque sanctorum meritis et precibus confidentes omnibus parochianis nostris in statu gracie existentibus qui huiusmodi processionibus interfuerint et pro premissis necessitatibus apud altissimum oraverint mente pia quadringinta dies indulgencie tociens quociens concedimus per presentes. Ad hec vobis auctoritate qua supra iniungimus et mandamus quatinus de et super nominibus et cognominibus ab huiusmodi processionibus ex hoc inantea desistencium solerter et diligencius inquirentes nos de eisdem tempore oportuna et qualiter premissa fueritis executi citra festum sancti Dionisii episcopi proximum futurum distincte et aperte certificetis per litteras vestras patentes harum seriem ac nomina et cognomina rebellium et desistencium huiusmodi plenius continentes sigillo autentico consignatas. Dat' sub sigillo nostro in castro nostro de Sleford' quinto die dicti mensis Septembris anno domini sepedicto nostreque consecracionis anno octavo.

Execucio decano et capitulo eiusdem. Nos igitur etc. ut supra vobis auctoritate litterarum huiusmodi mandamus firmiter iniungentes quatinus prefatas litteras et contenta in eisdem iuxta omnem exigenciam et effectum earundem in ecclesia nostra predicta diebus dominicis et festivis immediate post recepcionem presencium sequente clero et populo ad eandem ecclesiam nostram in maiori multitudine pro divinis audiendis confluenti publicari et in publico exponi clerumque et populum eosdem ad processionum et oracionum huiusmodi excercitium exhortari faciatis. Vosque nichilominus exhortamur in domino et vobis auctoritate litterarum earundem ut supra mandamus quatinus singulis quartis et sextis feriis etc. ut supra diebus dominicis in ecclesia nostra predicta et locis aliis consuetis processiones faciatis solempnes et consuetas etc. declaratis oracionesque pro premissis necessitatibus speciales in eadem ecclesia nostra fieri faciatis, vobis eciam ut supra iniungimus et mandamus ut ab huiusmodi processionibus inposterum nullatinus desistatis quousque aliud a dicto reverendissimo patre habuitis in mandatis, et ut mentes etc. ut supra per presentes. Dat' etc.

[1] *Sic, recte* singulis.

Certificatorium archiepiscopo Cant'. Nos igitur volentes premissis mandatis in omnibus obedire et ea cum omni in diligencia exequi ut tenemur prefatas litteras et singula in eisdem contenta in ecclesia et civitate nostris singulisque ecclesiis collegiatis conventualibus et parochialibus ac locis consuetis per nostram diocesim Lincoln' constitutis publicari clerum et populum dictarum nostrarum civitatis et diocesis exhortari in domino fecimus cum effectu ut ipsi processiones solempnes faciant et consuetas secundum formam in prescriptis litteris vestris reverendissimis limitatem omnia et singula que suprascripta per locorum curatos populo huiusmodi exponi et oraciones pro premissis necessitatibus in ipsorum ecclesiis mandamus fieri speciales eisdem clero et populo auctoritate vestra firmiter iniungentes ut ab huiusmodi processionibus nullatinus inposterum desistatur nisi aliud a vestra reverenda paternitate [*Folio 66*] receperint in mandatis. Nos que ut clerus et populus nostre diocesis ab eisdem processionibus non desistant in futurum videbimus et videri faciemus solicite ut mandatur, et ut subditi nostri ad premissa excercenda et continuanda propensius et animosius excitentur nos de omnipotentis dei misericordia beatissime que virginis Marie matris que et gloriose confessoris beati Hugonis necnon omnium sanctorum meritis et precibus confidentes eisdem subditis nostris ad indulgencias percipiendas dispositis prout superius vestra reverendissima paternitate petitur quadraginta die indulgencie concessimus per nostras litteras cum illis verbis tociens quociens et quamdiu premissa ad impleverint duraturas. De quibus omnibus et singulis vestram reverendissimam paternitatem cum ea qua decet reverencia tenore presencium certificamus, quam ad ecclesie sue sancte salubre regimen domini dignetur altissimus incolumen conservare. Dat' apud Sleford' ix° die Septembris anno supradicto et consecracionis nostre anno octavo.

1412. September 16th, Sleaford. Letters dimissory to John Welemade, having the first tonsure, to all orders. [B.]

1412. Testament of Henry Tydeshore, rector of Pickwell. Dated May 17th. Proved before Bishop Repingdon at Leicester on September 16th, 1412.

Testamentum Henrici Tydeshore.[1] In dei nomine amen. Die martis proximo post festum Ascencionis domini anno domini millesimo cccc^mo xij°, ego Henricus de Tydeshore rector ecclesie de Pykwell' sanus mentis licet eger corpore condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo omnipotenti et beate Marie et omnibus sanctis et corpus meum ad sepelliendum ubicumque deus optime disposuerit. Item in cera ad comburendum circa corpus meum in exequiis meis x s. Item lego v marcas ad

[1] Abstract in *Linc. Wills*, p. 141.

expendendum inter vicinos meos in die sepulture mee. Residuum vero omnium bonorum meorum non legatorum do et lego executoribus meis ut ipsi disponant pro salute anime mee prout ipsis videbitur expedire. Ita quod taliter ordinent et ministrent sicut coram summo iudice debeant inde respondere per supervisorem domine Sanche Blownt et domine Constancie domine de Dudley. Et ad istud testamentum bene et fideliter exequendum dominum Johannem rectorem ecclesie de Boyleston' dominum Rogerum vicarium ecclesie de Broghton' dominum Johannem vicarium ecclesie de Merston' Johannem fitz Herberd et Johannem Goldsmyth' seniorem de Melton Moubray dominum Johannem Smyth' capellanum de Pykwell' et Johannem Turnour de eadem meos ordino et constituo executores. In cuius rei testimonium presentes sigillo mee roboravi.

Approbacio eiusdem. xvj^{to} die mensis Septembris anno domini ut supra apud Sleford' probatum et approbatum et insinuatum erat testamentum antedictum per reverendum patrem dominum Philippum episcopum Lincoln' et per eum pro valore eiusdem testamenti pronunciatum pro eo quod dictus defunctus nonnulla bona notabilia in diocesi Lincoln' et aliis diocesibus tempore mortis sue notorie obtinuit etc. Commissaque fuit administracio bonorum dictum defunctum et eius testamentum concernencium ac infra diocesim Lincoln' existencium et ad dictum reverendum patrem de iure et lege speciali spectancium Johanni Goldsmyth' capellano et Johanni Turnour executoribus predictis in forma iuris iuratis, potestate committendi consimilem administracionem ceteris executoribus cum eam admittere voluerint ac compoto administracionis huiusmodi eidem reverendo patri specialiter reservatis. Necnon probacione approbacione et insinuacione eiusdem testamenti administracionis que commissionis per officialem archidiaconi Leycestr' et coram eo factis tanquam in preiudicium et usurpacionem iurisdiccionis dicti reverendi patris factis vocatis ad hec quorum intererat premitus cassatis irritatis et adnullatis ac pro cassis irritis et nullis pronunciatis et declaratis ex causa supradicta.

1412. October 24th, Sleaford. Letters dimissory to Thomas Payntour, subdeacon, to deacon's and priest's orders. [B.]

1412. September 27th, Old Temple. Letters dimissory to John Shefford, clerk, to all orders. [B.]

1412. September 29th, Old Temple. Appointment of Richard Elys, bachelor of law, as sequestrator and commissary in the archdeaconries of Oxford and Buckingham, in succession to Thomas Seman.

Deputacio magistri Ricardi Elys. Penultimo die mensis Septembris anno domini ut supra apud Vetus Templum London' magister Ricardus Elys in decretis bacallariis deputatus fuit sequestrator et commissarius domini in archidiaconatus Oxon' et Buck' per suas litteras patentes in forma usitata inde sibi confectas et revocata est auctoritas alias magistro Thome Seman per consimiles litteras data et concessa.

Same date and place. Letters dimissory to Thomas Barnet, clerk, to all orders. [B.]

1412. October 2nd, Old Temple. Licence to Thomas Joye, rector of Great Hampden, to preach at suitable times and places in the deaneries of Wycombe and Wendover, during the bishop's pleasure.

Secundo die mensis Octobris anno domini ut supra apud Vetus Templum London' concessa fuit licencia domino Thome Joye rectori ecclesie parochialis de Hamden magna Lincoln' diocesis quod possit predicare verbum dei locis et temporibus debitis infra decanatus [*Folio 66v*] de Wycombe et Wendover eiusdem diocesis quousque domino placuerit etc. ut in forma consueta.

1412. October 6th, Old Temple. Letters dimissory to Edmund Blakesley, to all orders. [B.]

1412. October 13th, Old Temple. Licence to John Montgomery (Muntgomery, Mountgomery), rector of Ecton, subdeacon, for one year's non-residence for study anywhere in England, in accordance with the clause " Cum ex eo ". [C.]

1412. October 14th, Old Temple. Letters dimissory to Richard, son of Robert, of Kirton-in-Holland (Kyrketon' in Holand'), having the first tonsure, to all orders. [B.]

Same date and place. Letters dimissory to Robert Bell (Bell') of Woolley (Woulley), acolyte, to all orders. [B.]

1412. October 22nd, Sleaford. The rector of Addlethorpe appears before Bishop Repingdon and produces the dispensation granted to him by the bishop on July 5th, 1408, for five years' non-residence in accordance with the clause " Cum ex eo ".

Exhibicio dispensacionis Adarald' Welby. xxij° die mensis Octobris anno domini millesimo cccc^mo xij° in camera principali infra castrum de Sleford' Lincoln' diocesis in presencia reverendi patris domini Philippi episcopi Lincoln' constitutus personaliter Adaraldus Welby rector ecclesie de Ardelthorp' eiusdem diocesis

exhibuit coram eodem reverendo patre dispensacionem sibi factam per eundem patrem iuxta capitulum "Cum ex eo" sub data apud Sleford' quinto Julii anno domini millesimo cccc^{mo} octavo et dicti patris consecracionis anno quarto ad quinquennium a data concessionis huiusmodi duraturum. Presentibus magistro David Pryce Thoma Nassh' et Thoma Langham capellanis R. Stretton' cum aliis.

1412. Testament of Lady Alice Bassett of Castle Bytham. Dated April 14th. Proved before Bishop Repingdon at Sleaford on October 26th.

Testamentum domine de Bytham.[1] In dei nomine amen. Ego Alicia Basset de Bytham compos mentis die jovis proximo ante festum sancti Alphegi anno domini millesimo cccc^{mo} duodecimo condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo omnipotenti beate Marie et omnibus sanctis eius et corpus meum ad sepeliendum in capella sancte Trinitatis infra domum ordinis fratrum predicatorum Stamford' iuxta ultimum maritum meum Anketinum Maloree militem. Item lego eidem domui quadraginta libras sterlingorum ut ipsi orent pro anima mea et pro animabus domini Radulphi Basset domini Roberti Tochet et domini Anketini Maloree quondam maritorum meorum, Johannis Dryby et Anne uxoris sue quondam parentum meorum et pro animabus omnium antecessorum meorum et omnium benefactorum meorum et omnium fidelium defunctorum. Item lego meum optimum animal nomine principalis rectori ecclesie parochialis de Castel Bytham. Item lego xl libras ad disponendum fratribus ydoneis ad celebrandum pro anima mea et animabus predictis in capella sancte Trinitatis infra domum fratrum predicatorum Stamford' predictum. Item lego ad distribuendum inter pauperes tenentes meos x libras videlicet per summas sex denariorum octo denariorum vel xij denariorum secundum eorum indigenciam per discreccionem executorum meorum. Et volo quod frater Johannes Gaysele habeat x libras de quadraginta libris superius legatis ad celebrandum pro anima mea et animabus prenominatis per tres annos proximos sequentes post mortem meam quolibet anno quinque marcas. Item lego Elizabethe filie mee uxori domini de Grey unum librum de matutinis sancte Marie et aliis oracionibus cum coopertoriis argenti deaurati et unum ciphum argenti cum coopertorio. Item lego Margerie filie mee uxori Roberti Moton' militis unum ciphum argenti cum coopertorio et unum librum de matutinis sancte Marie et aliis devocionibus. Item lego Beatrici filie mee uxori Johannis Bagot militis unum ciphum cum coopertorio argenti et unum librum de matutinis sancte Marie cum aliis devocionibus. Item lego Willelmo Maloree filio meo xl libras et unum lavatorium

[1] Abstract in *Linc. Wills*, p. 110.

cum pelve argenti cum armis patris sui in fundo eiusdem pelvis et unum ciphum argenti cum coopertorio. Item lego Elizabethe filie Thome Maloree militis unum ciphum argenti cum coopertorio. Item lego Anne Bradley x marcas et meum optimum mantil. Item lego Beatrici filie predicte Anne ad incrementum maritagii sui x marcas. Item lego Johanne Fraunces centum solidos et meum secundum mantil. Item lego Radulpho Cook servienti meo quinque marcas. Item lego Johanni Baker servienti meo xl s. Item lego Roberto Crane servienti meo quinque marcas. Item lego Roberto de Botory servienti meo xl s. Item lego Thome Horncastell' scolari meo clerico centum solidos. Item lego Johanni Chambour servienti meo xiij s. et iiij d. Item lego Agneti de Chambour servienti mee xiij s. et iiij d. Item lego Alicie de Chambour servienti mee vj s. et viij d. Item lego Johanni de [*Folio 67*] Stabull' servienti meo vj s. viij d. Item lego Riginaldo Barncrone servienti meo xx s. Item lego Willelmo Wyndour servienti meo vj s. viij d. Item lego Anne Dryby servienti mee x marcas ad incrementum maritagii sui. Item lego Johanni Sudborgh' pro laudabili servicio suo centum solidos. Item lego fratribus ordinis predicatorum de Leycestr' viginti libras quas volo quod deliberentur fratri Roberti Kyrkeby nunc priori dicti domus ut ipse et fratres sui ibidem orent pro anima mea et animabus quibus teneor et omnium fidelium defunctorum. Item lego fratribus minoribus de eadem xl s. Item lego fratribus Augustinis[1] de eadem xl s. ut ipsi orent pro anima mea et animabus supernominatis. Item lego fratribus predicatoribus de Derby c solidos ut ipsi orent pro anima mea et animabus predictis. Item lego fratri Ricardo Burton' ordinis predicatorum de Leycestr' v marcas ad celebrandum pro anima mea proximo anno post mortem meam. Item lego fratribus[1] de Stamford' xl s. et fratribus Augustinis[1] de eadem xl s. ut ipsi orent pro anima mea et animabus predictis. Item lego abbathie[2] de Markby unum librum vocatum *Apocolips*. Item lego fabrice campanilis ecclesie de Bytham x libras et cantarie sancti Johannis Baptiste de eadem c solidos. Et volo quod executores mei liberent ecclesie de Weston' Colvile unum missale cum armis domini Colvile super claspes signatis vel quinque marcas loco dicti libri. Item volo quod executores mei remunerent eos alios servos meos secundum discreccionem eorum. Item lego exequiis meis faciendis xx libras. Et ulterius volo quod omnia debita mea ante omnia et cum omni festinacione possibili sint soluta. De residuo autem omnium bonorum meorum volo quod cum omnia debita mea sint soluta et hoc testamentum meum sit totaliter executum quod extunc totum illud residuum sit divisum equaliter per executores meos in duas partes et quod una pars sit liberata Willelmo filio meo supradicto in incrementum status sui et quod executores mei inveniant sacerdotes celebrantes pro anima mea et animabus predictis in ecclesia parochiali de Bytham predicta et

[1] *Sic.* [2] *Sic, recte* prioratui.

eciam inveniant et sustentant septem pauperes de eadem villa qui modo per me sunt inventi et sustenti de alia parte residuum omnium bonorum meorum quousque totaliter dispendatur. Et ad execucionem istius testamenti fideliter exequendum et perficiendum ordino et constituo executores meos, videlicet Walterum seynt Germanum rectorem ecclesie de Benyfeld' Brianum de la Mar' Thomam Ingham Johannem Petynghale rectorem ecclesie parochialis de Croft' Robertum de Leke capellanum cantarie de Careby et ipsi exequant et perimpleant istud testamentum meum secundum posse eorum sicut volunt coram deo respondere. Et volo quod predicti executores mei habeant et percipiant pro eorum labore xx marcas, videlicet quilibet eorum capiens secundum quantitatem laboris sui per discreccionem supervisorum huiusmodi testamenti videlicet reverendorum dominorum dominum Philippum dei gracia Lincoln' episcopum et Willelmum dominum de Roos quos humiliter supplico quatinus dignentur predictam execucionem supervidere. In cuius rei testimonium huic presenti testamento meo sigillum meum apposui die et anno supradictis.

Approbacio eiusdem.[1] Tenore presencium noverint universi quod nos Philippus permissione divina Lincoln' episcopus testamentum nobilis mulieris dum vixit domine Alicie Basset de Bytham nostre diocesis defuncte nonnulla bona notabilia in nostra et aliis diocesibus tempore mortis sue notorie habentis cuius pretextu ipsius testamenti probacio approbacio et insinuacio ac pro ipsius valore pronunciacio administracionisque bonorum eiusdem defuncte commissio et eiusdem administracionis compoti reddicio audicio et finalis liberacio ab eadem tam iure et nomine ecclesie nostre Lincoln' quam de consuetudine laudabili hactenus pacifice et inconcusse observata legeque speciali ad nos et nullum alium nobis inferiorem iudicem pro bonis saltem infra nostram diocesim existentibus dinoscuntur notorie pertinere coram nobis exhibitum et presentibus annexum ac pro bonis memoratis sufficienter probatum approbavimus et insinuavimus ac per presentes approbamus et insinuamus et pro valore eiusdem pronunciamus, administracionemque omnium et sigulorum[2] bonorum dictam defunctam et eius testamentum concernencium et infra diocesim nostram existencium et ad nos de iure et lege speciali pertinencium domino Johanni Petynghale rectori ecclesie parochialis de Crofte executori in eodem testamento nominato commisimus in debita iuris forma, potestate consimilem administracionem ceteris executoribus suis committendi cum eam admittere voluerint ac compoto calculo et raciocinio administracionis huiusmodi nobis specialiter reservatis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' in castro nostro de Sleford' xxvj^{to} die mensis Octobris anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{o}, et consecracionis nostre anno octavo.

[1] Marginal note: "Notabilia". [2] *Sic.*

[*Folio 67v*]

1412. November 6th, Sleaford. Letters dimissory to John Fuller (Fullar) of Weston (Weston'), clerk, to all orders. [B.]

1412. November 10th, Lincoln. Letters dimissory to Robert Rushden (Russheden'), subdeacon, John Wardley (Wardlee), acolyte, and John Burgh, having the first tonsure, to all orders. [B.]

1412. November 3rd, Sleaford. Change of the dates of the patronal festivals of the parish churches at Stamford. These festivals, which have hitherto been held at different times of the year, are in future to be celebrated at the same time, that is, on September 16th.

Mutaciones festorum singularum ecclesiarum parochialium Stamford'. Philippus permissione divina Lincoln' episcopus dilectis in Christo filiis universis et singulis ecclesiarum parochialium ville seu opidi Stamford' nostre diocesis rectoribus et vicariis perpetuis salutem graciam et benediccionem. Exhibita nobis ex parte vestra a discreccione matre virtutum emanens peticio continebat quod festa dedicacionum ecclesiarum parochialium dicte ville sive opidi diversis anni temporibus quibus propter alia festa duplicia tunc concurrencia et alias causas legitimas nobis expositas nequeunt cum reverencia debita celebrari fuerant alias licet minus proinde instituta. Nos igitur attendentes vestre peticionis instanciam in augmentum cultus divini tendentis prehabita super hiis matura deliberacione ac omnium et singulorum quorum interest in hac parte consensu ad hoc attendente statuimus ordinamus et eciam tenore presencium diffinimus festa dedicacionem omnium et singularum ecclesiarum parochialium dicte ville sive opidi fore in crastino festi Reliquiarum[1] in ecclesia cathedrali Sarum usitati singulis futurorum annorum curriculis celebranda. Vobis universis et singulis firmiter iniungentes quatinus premissa populo vobis subdito temporibus congruis publicetis et dedicacioni huiusmodi festa dicto die cum reverencia et solempnitate debitis de cetero observetis et ab aliis faciatis taliter observari. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' in castro nostro de Sleford' iij° die mensis Novembris anno domini millesimo cccc^mo xij°, et consecracionis nostre anno octavo.

1412. November 23rd, Sleaford. Licence to Thomas Thowe, rector of Adstock (Addestoke), having the first tonsure, for one year's non-residence for study, in accordance with the clause " Cum ex eo ", [C.] " ac si in eadem personaliter resideret dummodo faciat se infra annum a tempore regiminis accepti in subdiaconum promoveri ".[2]

[1] September 15th, in accordance with the Use of Sarum. [2] *Infra*, p. 296.

1412. November 27th, Sleaford. Bishop Repingdon confers benediction on the newly elected abbot of Newbo, who makes his profession of obedience, saving his order.

Benediccio abbatis de Neubo. Die dominica xxvij^{mo} videlicet mensis Novembris anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{o} in capella infra castrum de Sleford' Lincoln' diocesis situata venerabilis pater dompnus Johannes electus abbas monasterii de Neubo eiusdem diocesis dum reverendus pater dominus Philippus Lincoln' episcopus dictis die et loco inter missarum solempnia cum solempniter benedixit quandam pergamem cedulam quam in manibus suis tunc tenuit legebat et interposuit in hec verba. Ego frater Johannes electus abbas monasterii de Neubo ordinis Premonstratensis vestre Lincoln' diocesis subieccionem obedienciam canonicam et reverenciam a sanctis patribus constitutam secundum regulam sancti Augustini tibi reverende pater domine episcope tuisque successoribus canonice substituendis et sancte Lincoln' ecclesie salvo ordine meo me exhibiturum promitto et per manum propriam signo et confirmo.

1412. November 25th, Sleaford. Indenture between Bishop Repingdon and the abbot and convent of Revesby for the annual payment to the bishop of forty shillings for the parish church of All Saints, Theddlethorpe, which is appropriated to the abbey.

Thetilthorp' indentura pro indempnitate. Hec indentura facta inter reverendum in Christo patrem et dominum dominum Philippum dei gracia Lincoln' episcopum ex parte una et religiosos viros abbem[1] et conventum monasterii de Revesby ordinis Cistercien' Lincoln' diocesis ecclesiam parochialem Omnium Sanctorum in Thetilthorp' dicte Lincoln' diocesis in proprios usus de novo habentes et obtinentes ex altera testatur quod prefati abbas et conventus ex communi et unanimi consensu et assensu eorundem ad hoc capitulariter congregatorum concurrentibus omnibus in ea parte de iure requisitis pro et ex eo quod varia commoda non modica ab ipsa ecclesia de Thetilthorp' ad ipsos Lincoln' et ipsam ecclesiam Lincoln' tam de iure quam consuetudine laudabili legitime que prescripta temporibus vacacionis dicte ecclesie et aliis diversis temporibus provenerunt et in eventum proventura fuissent si appropriacio dicte ecclesie ipsis religiosis viris facta non fuisset quibus ipsi episcopi et ecclesia Lincoln' occasione appropriacionis ecclesie predicte carebunt verisimiliter infuturum per presens scriptum indentatum se firmiter obligant et astringunt dicto reverendo in Christo patri et ipsius successoribus episcopis Lincoln' qui pro tempore fuerint in perpetuum in quadam annua pensione quadraginta solidorum sterlingorum solvenda eisdem episcopis vel eorum procuratoribus seu procuratori in festis Pasche et sancti Michaelis Archangeli per equales porciones infra palacium Lincoln' perpetuis temporibus

[1] *Sic, recte* abbatem.

annuatim racione et ex eam indempnitatis supradictis ac in recompensacionem dampnorum que ex appropriacione ecclesie predicte episcopi Lincoln' pro tempore existentes et ecclesia Lincoln' sustinere et verisimiliter pati possent necnon in signum subieccionnis ecclesie de Thetilthorp' memorate ad ecclesiam Lincoln' debite antedictam, ad quam [*Folio 68*] quidem solucionem singulis annis loco et termino antedictis bene et fideliter faciendum predicti abbas et conventus obligant se et successores suos fructus que redditus et proventus ecclesie de Thetilthorp' predicte ac omnia bona sua mobilia et immobilia ad ipsam ecclesiam spectancia et pertinencia presencia que futurum ubicumque fuerint inventa obligant impignerant et ypothecant per presentes. Si vero contingat prefatam ecclesiam de Thetilthorp' ut prefertur sic appropriatam ab ipsis abbate et conventu vel eorum successoribus inposterum qualitercumque [evinci] vel quod prefata appropriacio ad summum pontificem revocetur vel alias quomodolibet aut quovismodo impediatur quominus debitum suum forciatur effectum vult et concedit prefatus reverendus pater dominus episcopus Lincoln' supradictus pro se et successoribus suis episcopis Lincoln' quod extunc prefati abbas et conventus et successores sui ad prefatam annuam pensionem quadraginta solidorum ut prefertur minime teneantur sed quod ipse venerabilis pater episcopus Lincoln' supradictus et successores sui episcopi Lincoln' ab omni peticione exaccione et vendicacione dicte annue pensionis quadraginta solidorum exinde perpetuo sint exclusi. Volunt eciam et concedunt per presentes prefati abbas et conventus quod si contingat ipsos abbatem et conventum vel successores suos in solucione dicte pensionis annue sub modo et forma predictis episcopis Lincoln' pro tempore existentibus terminis et loco antedictis facienda in parte vel in toto deficere extunc liceat episcopo Lincoln' qui nunc est et ipsius successoribus qui pro tempore erunt ipsis abbate et conventu seu eorum successoribus non vocatis absque aliquo processu iudiciali de fructibus redditibus et proventibus et emolumentis quibuscumque ad ipsam ecclesiam de Thetilthorp' qualitercumque provenientibus eandem pensionem auctoritate sua propria absque cause cognicione et iuris ordine quibuscumque exigere colligere et levare ac eciam post lapsum terminorum huiusmodi fructus et proventus ac emolumenta quecumque sequestrare eos que et ea sub tuto et arto tenere servare et custodire sequestro quousque de pensione predicta una cum dampnis arreragiis et expensis si que occasione premissa idem episcopus et successores sui incurrerint eisdem per dictos abbatem et conventum et successores suos futuros plenarie fuerit satisfactum, predicti que abbas et conventus quibuscumque iuris remediis specialibus vel generalibus et presertim appellacionum querelarum prohibicionum regiarum in integrum restitucionum et aliis quibuscumque tam iuris ecclesiastici quam secularis privilegiis eis et eorum monasterio quacumque auctoritate concessis ad impediendum seu retardandum solucionem

annue pensionis predicte in parte vel in toto competentibus vel competituris ex certa sciencia renunciant in hiis scriptis. In cuius rei testimonium uni parti huius indenture penes prefatum reverendum patrem dominum Lincoln' et successores suos remanenti prefatorum abbatis et conventus sigillum commune est appensum. Alteri vero parti penes prefatos religiosos viros abbatem et conventum remanenti prefati reverendi patris domini episcopi Lincoln' sigillum est appensum. Dat' apud Sleford' vicesimo quinto die mensis Novembris anno domini millesimo cccc^{mo} duodecimo, regni vero Regis Henrici quarti post conquestum Anglie quarto decimo.

1412. Dispensation to Thomas Brouns, rector of Aylesby, by papal indult dated October 21st, to hold any other benefice or office with or without cure in addition to the living of Aylesby, the annual value of which does not exceed forty marks, provided that the cure of souls is not neglected.

Brouns pluralitas. Thomas Brouns. Johannes episcopus servus servorum dei dilecto filio Thome Brouns rectori parochialis ecclesie de Alesby Lincoln' diocesis in legibus licenciato salutem et apostolicam benediccionem. Litterarum sciencia vite ac morum honestas alia que laudabilia probitatis et virtutum merita super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio nos inducunt ut te favoribus et graciis apostolicis prosequamur. Volentes igitur te premissorum meritorum tuorum intuitu favore prosequi gracie specialis, nos tuis in hac parte supplicacionibus inclinari tecum qui ut asseris ecclesiam parochialem de Alesby Lincoln' diocesis cuius fructus redditus et proventus quadraginta marcarum sterlingorum secundum communem estimacionem valorem annuum non excedunt obtines ut unacum dicta parochiali ecclesia de Alesby quodcumque aliud beneficium ecclesiasticum curatum seu cum ea alias incompatibile eciam si parochialis ecclesia aut parochialis ecclesie perpetua vicaria seu dignitas personatus administracio vel officium cum cura vel sine cura in metropolitano aut cathedrali vel collegiata ecclesia et dignitas ipsa in metropolitano seu cathedrali maior post pontificalem aut in collegiata ecclesia huiusmodi principalis fuerit et ad eam consueverit quis per eleccionem assumi si alias tibi canonice conferatur vel assumaris ad illud libere recipere et unacum dicta parochiali ecclesia quoad iuxeris licite retinere necnon parochialem ecclesiam et beneficium huiusmodi simpliciter vel ex causa permutacionis simul vel successive tociens quociens tibi placuerit dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica duo dumtaxat incompatibilia recipere et retinere libere et licite valeas generalis consilii et quibuscumque aliis apostolicis necnon bone memorie Otoni et Octoboni olim in regno Anglie sedis apostolice legatorum constitucionibus et presertim constitucione ipsius Otoni de vicariis et eorum ordinibus edita que incipit *Ad*

Vicariam, necnon ordinacionibus nostris ac statutis et consuetudinibus specialibus et localibus ecclesie vel ecclesiarum in qua seu quibus huiusmodi beneficium seu beneficia forsan fuerit seu fuerint [*Folio 68v*] incremento confirmacione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis aut aliis contrariis nequaquam obstantibus auctoritate apostolica tenore presencium de speciali gracia dispensamus. Proviso quod parochialem ecclesiam et beneficium huiusmodi debitis non fraudenter obsequiis et animarum cura in eis nullatenus negligatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre dispensacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat' Rome apud sanctum Petrum xij kalendas Novembris Pontificatus nostri anno tercio.

1412. December 16th, Sleaford. Licence to John Wootton, master of arts and scholar of theology, to preach in the archdeaconries of Oxford and Buckingham, during the bishop's pleasure.

xvj^{o} die mensis Decembris anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{mo} apud Sleford' concessa fuit licencia magistro Johanni Wotton' magistro in artibus scolari theologie ad predicandum in archidiaconatibus Oxon' et Buckingham quamdiu domino placuerit.

Same date and place. Mandate to the officials of the archdeacons of Oxford and Bedford to make public proclamation of the trials of John Clerk of Woodford Halse and of William Towcester before the bishop or his commissaries in Banbury church on January 17th. Commission to the prior of Chacombe and to Richard Elys, sequestrator in the archdeaconries of Oxford and Buckingham, to hear the two cases, and to the constable of Banbury castle to deliver the accused on the appointed day. John Clerk had been convicted before the king's justices at Oxford on July 9th, 1400, for stealing a black horse worth eight shillings from a field at Moreton in Oxfordshire, and William Towcester was convicted at Bedford on November 17th, 1388, for housebreaking at Shefford and stealing a robe worth 40d. Both had been committed to the bishop's custody.

Indictamentum Johannis Clerk'. Deliberacione facta apud Oxon' coram Johanne Rede et sociis suis domini Regis die veneris ante festum sancte Margarete virginis anno regni Regis Henrici quarti a conquesto primo. Iuratores dicunt per sacramentum suum quod Johannes Clerk' de Wordford' in die sancte Petronille intravit campum de Morton' in comitatu Oxon' et ibidem noctanter unum equum nigrum precii octo solidos de Thoma Milward' depredatus fuit et abduxit die et anno supradictis. Et super hoc predictus Johannes fuit convictus et deliberatus carceri et custodie domini episcopi Lincoln' sub pena qua incumbit.

Indictamentum Willelmi Toucetere. Deliberacione facta apud Bedeford' coram Thoma Morwell' et sociis suis iusticiariis domini Regis die martis proxima post festum sancti Martini episcopi anno regni Regis Ricardi secundi post conquestum duodecim. Iuratores dicunt per suum sacramentum quod Willelmus Toucetere de villa de Toucetere die lune proxima ante festum sancti Benedicti abbatis anno supradicto clausum Johannis Webster de villa de Shefford' intravit et unam togam precii quadraginta denarios felonice depredatus fuit et noctanter secum asportavit et super hoc predictus Willemus fuit convictus et deliberatus carceri et custodie domini episcopi Lincoln' sub pena qua incumbit.

Ad faciendum publicas proclamaciones eorundem. xvj^{to} die Decembris anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{o} apud Sleford' commissum fuit officialibus archidiaconorum Oxon' et Bedeford' divisim ad faciendum publicas proclamaciones in forma consueta et ad citandum omnes qui quicquam contra dictos clericos opponere vel prosequi vellent ad diem martis proximum post festum sancti Hillarii episcopi proximum futurum in ecclesia prebendali de Bannebury coram domino aut eius commissario ad dicendos opponendos et prosequendos quicquid voluerint etc.

Ad recipiendum certificatoria proclamacionum eorundem. Eisdem die et loco commissum fuit priori de Chacumbe et magistro Ricardo Elys sequestratori in archidiaconatibus Oxon' et Buck' coniunctim et divisim ad recipiendum certificatoria proclamacionum et audiendum citatos et ministrandum iusticiam cuicumque et ad recipiendum purgaciones dictorum clericorum in forma iuris si etc. et si se ad hoc optulerit et certificandum de facto suo in premissis una cum nominibus et cognominibus compurgatorum dictorum clericorum si se purgaverint etc.

Mandatum constabulario. Eisdem die et loco preceptum fuit constabulario castri de Bannebury seu eius locum tenenti quod dictis die et loco prefatos clericos coram predictis commissariis iure sisteret facturos circa ipsum liberacionem seu in carcerem retrusionem quod ipsi commissarii duxerint ordinandum etc. ut in forma communi et consueta etc.

1412. Testament of Alice Rosson of Quarrington. Proved before Bishop Repingdon at Sleaford on January 9th, 1412/13.

Testamentum Alicie Rosson'.[1] In dei nomine amen. Anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{o}, ego Alicia uxor Johannis Rosson' de Queryngton' compos mentis condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo et beate Marie et omnibus sanctis et corpus meum ad sepeliendum in cimiterio sancti

[1] Abstract in *Linc. Wills*, p. 137.

Botulphi ecclesie parochialis de Queryngton' et optimum meum animal nomine principalis. Item rectori ecclesie de Queryngton' xij d. Item presbitero parochiali de eadem x d. Item cuilibet clerico venienti ad exequias ij d. Item lego ij s. vj d. pro trigintali beate Gregorii. Item lego cuilibet filiole mee unam ovem et duos modios frumenti. Item lego Johanni filio meo iuniori iiij oves. Item lego ecclesie de Queryngton' xij d. Item lego fabrice ecclesie Lincoln' vj d. Residuum vero bonorum non legatorum do et lego Johanni Rosson' meo sponso quem constituo executorem meum ut ipse disponat pro me sicut coram deo voluerit respondere.

Approbacio eiusdem. Presens testamentum coram nobis Philippo permissione divina Lincoln' episcopo apud Sleford' ix° die mensis Januarii anno domini millesimo cccc^mo xij° exhibitum et in forma iuris probatum approbavimus et insinuavimus et per presentes approbamus et insinuamus et pro eodem pronunciamus administracionem que omnium et singulorum bonorum dictam defunctam et presens eius testamentum concernencium executori in eodem testamento nominato commisimus in forma iuris iurato, compoto administracionis sue huiusmodi nobis specialiter reservato. Dat' sub sigillo nostro die et loco et anno domini supradictis.

1412/13. January 11th, Sleaford. Letters dimissory to William Green (Grene) of Legbourne (Legburne), clerk, to all orders. [B.]

1412/13. January 13th, Sleaford. Licence to Richard Barrett (Baret), rector of Holy Trinity, Blatherwyke (Blatherwyk'), to put his church to farm for one year. [D.] " contemplacione domini Henrici Percy militis ".[1]

Same date and place. Letters dimissory to William Parton (Perton'), having the first tonsure, to all orders. [B.]

[*Folio 69*]

1412/13. January 15th, Sleaford. Licences to William Flyar', vicar of North Reston, and to John Bayons, vicar of St. Nicholas-in-Newport, Lincoln, to celebrate one anniversary, the permission to last for one year.

Decimo quinto die mensis Januarii anno domini millesimo cccc^mo xij° apud Sleford' concessa fuit licencia domino Willelmo Flyar' vicario perpetuo ecclesie parochialis de North' Ryston' ad celebrandum annale pro defunctis in dicta ecclesia per unum annum.

Eisdem die et loco concessa fuit consimilis licencia domino Johanni Bayons vicario perpetuo ecclesie parochialis sancti Nicholai in Neuport civitatis Lincoln' ad celebrandum annale in dicta ecclesia per unum annum.

[1] *Supra*, I, p. 43, note.

1412. December 18th. Ordinance concerning the stipend, dwelling, emoluments and obligations of the vicar of All Saints' parish church, Theddlethorpe, which is appropriated to Revesby Abbey. The vicar is to receive a stipend of twelve marks a year, payable in four instalments, and also certain lesser tithes, small offerings and mortuary dues; the greater tithes are to go to the abbey. A vicarage is to be provided. The vicar is to be responsible for the proper provision of divine services, for the payment of episcopal and archidiaconal dues and of subsidies, and for the repair or rebuilding of the chancel.

On January 5th, 1412/13, the ordinance is ratified by Bishop Repingdon, the abbot of Revesby, and John Murre, vicar of Theddlethorpe.

Ordinacio vicarii de Thetilthorp'. Universi Christi fideles has litteras indentatas inspecturi noverint per presentes, nos Philippum permissione divina Lincoln' episcopum de consensu abbatis et conventus de Revesby ordinis Cistercien' ecclesiam parochialem de Thetilthorp' nostri diocesis eis et eorum monasterio auctoritate nostra ordinaria unitam et appropriatam in proprios usus obtinencium quemdam dominum Johannem Murre capellanum ad vicariam eiusdem ecclesie per nos canonice instituendum in eadem presentancium ipsam vicariam de consensu eiusdem domini Johannis Murre nobis presentati pro se et successoribus suis vicariis futuris in eadem in certis porcionibus et certa pecunia quantitate una cum manso eidem domino Johanni et successoribus in dicta ecclesia vicariis singulis futuris annis imperpetuum possidendis de novo ordinandam per litteras predictorum abbatis et conventus nobis assignatis et descriptis et sigillo eorum communi sigillatas quarum tenor talis est. Reverendo in Christo patri ac domino domino Philippo dei gracia Lincoln' episcopo vestri humiles et devoti frater Philippus Maltby miseracione divina abbas monasterii de Revesby et eiusdem loci conventus ordinis Cistercien' vestre Lincoln' diocesis reverencias debitas et honores tanto patri. Cum nuper piis et racionabilibus de causis ac urgente necessitate parochialis ecclesia Omnium Sanctorum de Thetilthorp' vestri diocesis antedicte vestra auctoritate ordinaria nobis et monasterio nostro predicto unita annexa et appropriata fuisset ac ipsa ecclesia per liberam resignacionem domini Willelmi Benet ultimi rectoris eiusdem in sacras manus vestras factam et per vos admissam iam noviter vacavisset quodque nos eandem ecclesiam vigore appropriacionis huiusmodi in proprios usus salva congrua porcione de fructibus et proventibus ipsius ecclesie de Thetilthorp' predicta pro vicario in eadem instituendo notorie nunc habentes et possidentes ad vicariam perpetuam parochialis ecclesie de Thetilthorp' predicta per litteras nostras sigillo communi domus sive monasterii nostri predicti sigillatas paternitati vestre reverende dilectum nobis in Christo dominum Johannem Murre capellanum virum utique honeste conversacionis

reputatum presentaverimus per vos in eadem canonice instituendum. Volentes igitur secundum iuris exigenciam in hac parte requisitam congruam porcionem eidem presentato et successoribus suis vicariis per vos et successores vestros episcopos Lincoln' in eadem vicaria instituendis ordinare et assignare prout de iure tenemur porciones et onera cum manso eidem domino Johanni Murre et successoribus suis vicariis in dicta vicaria instituendis si vestre libeat paternitati antedicte assignamus limitamus et ordinamus que sequitur. In primis limitamus ordinamus et assignamus quod idem dominus Johannes Murre et successores sui vicarii in eadem vicaria instituendi totis suis temporibus futuris de nostro expresso consensu percipiet et habebit percipient et habebunt omnes et omnimodas oblaciones seu devociones in et ad dictam ecclesiam provenientes necnon decimas ancarum porcellorum ovorum columbarum pomorum pirorum et aliorum herbagiorum in agris crescencium in et de parochia predicta qualitercumque contingencia ac omnia mortuaria in rebus animatis sive maioris existencia seu quibuscumque rebus existant de iure seu consuetudine. Item percipient et habebunt vicarii antedicti duodecem marcas legalis monete de nobis et successoribus nostris de fructibus et proventibus ecclesie predicte sigulis[1] annis perpetuis temporibus apud Thetilthorp' predicta, videlicet ad festa Pasche Nativitatis sancti Johannis Baptiste sancti Michaelis Archangeli et Natalis domini per equales porciones vel infra mensem post aliquem terminum terminorum predictorum eisdem vicariis solvendas. Volumus eciam et concedimus pro nobis et successoribus nostris et monasterio nostro predicto quod si contingat nos vel successores nostros in solucione dictarum duodecem marcarum sub modo et forma predictis vicariis de Thetilthorp' predicta pro tempore existentibus terminis et loco antedictis facienda in parte vel in toto deficere, extunc liceat vicario predicto et eius successoribus vicariis qui pro tempore fuerint nobis seu successoribus nostris non vocatis absque aliquo processu iudiciali de fructibus redditibus et proventibus ac emolumentis quibuscumque ad dictam ecclesiam qualitercumque provenientibus tantam summam sua propria auctoritate absque cause cognicione et iuris ordine quibuscumque exigere colligere et levare ac huiusmodi fructus et emolumenta quecumque retinere vendere et de hiis disponere quousque de summa predicta una cum dampnis et expensis si que occasione premissa predictus vicarius aut successores sui vicarii qui pro tempore fuerint incurrerint in eisdem per nos et successores nostros futuros plenarie fuerit satisfactum. Nos insuper abbas et conventus predicti pro nobis et successoribus nostris ac monasterio nostro predicto quibuscumque iuris remediis specialibus vel generalibus et presertim appellacionum inhibicionum querelarum prohibicionum regiarum in integrum restitucionum ac aliis quibuscumque tam iuris ecclesiastici quam secularis privilegiis nobis et monasterio

[1] *Sic.*

nostro quecumque auctoritate concessis ad impediendum seu retardandum solucionem summe predicte in parte vel in toto competentibus vel competituris ex certa sciencia renunciamus in hiis scriptis. Item volumus et consentimus quod vicarius predictus et successores sui vicarii qui pro tempore erunt in futurum habebit et habebunt possidebit et possidebunt unum mansum cum gardino eidem adiacenti prope rectoriam dicte ecclesie, videlicet unam aulam et ad utrumque finem eiusdem unam cameram unam coquinam unum stabulum et unam domum ad ponendum stramen ligna focale et alia eis necessaria eius habitacionis et gardini fines et limites ac situm eiusdem assignabimus ordinabimus et competenter distinguemus ac de novo nostris expensis faciemus edificari infra biennium iam proximum futurum pro eorum perpetua habitacione ac ipsam habitacionem cum [*Folio 69*v] gardino et aliis ut prefertur nos predicti abbas et conventus et successores nostri liberam et quietam servabimus ab omni servicio sive accione seculari in futurum, omnia alia vero decimas fructus redditus et proventus ac emolumenta quecumque ad dictam ecclesiam qualitercumque pertinencia superius non expressata nec assignata nobis et successoribus nostris specialiter reservamus. Sed cum propter officium datur beneficium volumus quod predictus et successores sui vicarii congrue deserviri faciet et facient in divinis totis temporibus futuris in ecclesiam predictam ac solvet et solvent subiet et subient omnimoda onera episcopalia et archidiaconalia ut [antea] predictus vicarius et successores sui vicarii in aliis consuetis oneribus supportandis uberius releventur refeccionem cancelli ecclesie predicte eiusque de novo edificacionem si oportuerit quociens et quando fuerit oportunum, ac solucionem subsidii Regii sive decime Regie quando currit aliarum que imposicionum quarumcumque cum quibuscumque oneribus ad dictam ecclesiam qualitercumque competentibus superius non expressatis, et nos et successores nostros ac monasterium nostrum predictum letanter suscipimus ac suscipiemus totis temporibus futuris absque contradiccione quacumque, quas quidem porciones cum manso dicto vicario et successoribus suis vicariis in dicta vicaria instituendis per nos ut prefertur limitatas et assignatas sufficientes decerni et declarari ipsas que ad ipsum vicarium et successores suos vicarios pertinere pertinereque debere in futurum vigore assignacionis et limitacionis nostre huiusmodi pronunciari ac realiter confirmari vestra auctoritate ordinaria petimus et devote supplicamus. Ad que omnia et singula facienda exequenda et perficienda prout superius recitantur nos et successores nostros ac omnia bona nostra mobilia et immobilia sub pena viginti librarum vobis reverendo in Christo patri et domino domino Philippo dei gracia Lincoln' episcopo vestrisque successoribus episcopis Lincoln' qui erunt in futurum solvendarum tociens et quando nos aut successores nostros in futurum in aliqua parte contigerit premissa non observare obligamus et astringimus per presentes, premissis omnibus et singulis nichilominus

in suo robore duraturis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat' in domo capitulari monasterii nostri antedicti octavodecimo die mensis Decembris anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{mo}. Dotasse ordinasse ac ipsas assignaciones sive imposiciones ratificamus et approbamus in hunc modum. Nos Philippus permissione divina Lincoln' episcopus pro nobis et successoribus nostris ipsas assignaciones sive porciones superius comprehensas secundum vim formam et effectum earundem de consensu omnium et singulorum quorum interest in hac parte auctoritate nostra pontificali approbamus et eciam stabilimus porciones que ac dicte summe pecunie quantitatem sigulis[1] annis supradicto domino Johanni vicario et successoribus suis vicariis superius limitatas solvendas et ab eisdem percipiendas pro oneribus omnibus et singulis totis temporibus futuris per ipsum et ipsos supportandis fuisse et esse sufficientes decernimus et declaramus, ac ipsam vicariam cum eisdem ordinamus et dotamus et easdem ad predictos vicarios qui pro tempore fuerint pertinere volumus ac omnia alia et singula superius contenta quantum in nobis est tenore presencium confirmamus iure et dignitate ecclesie nostre Lincoln' in omnibus semper salvis. Quibusquidem dotacioni ordinacioni ac omnibus aliis et singulis per nos factis ut premittitur tam predicti abbas et conventus pro se et successoribus suis quam predictus dominus Johannes Murre vicarius pro se et successoribus suis consensum adhibuerunt pariter et assensum in hunc modum. Et nos abbas et conventus predicti ac Johannes Murre vicarius sepedictus pro nobis et successoribus nostris predicte vicarie ordinacioni dotacioni ac oneribus omnibus aliis et singulis per dictum venerabilem patrem dominum Lincoln' episcopum ut premittitur factis nostrum adhibemus quantum ad nos attinet consensum pariter et assensum. In quorum omnium et sigulorum[1] testimonium atque fidem tam nos Philippus episcopus supradictus quam nos abbas et conventus et Johannes Murre vicarius antedicti presentibus litteris indentatis sigilla nostra apposuimus. Dat' in domo capitulari dicti monasterii de Revesby quo ad sigillorum nostrorum apposicionem quinto die mensis Januarii anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{mo} supradicto, et consecracionis nostre Philippi episcopi supradicti anno octavo.

1412/13. January [? 31st], Sleaford. Dispensation by authority of the papal penitentiary to William Colston, scholar, that he may proceed to all orders and hold a benefice with cure, notwithstanding his illegitimacy.

Colston' dispensacio. xxxij^{o}[1] die mensis Januarii anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{o} apud Sleford' reverendus in Christo pater et dominus dominus Philippus dei gracia Lincoln' episcopus auctoritate

[1] *Sic.*

quarumdam litterarum reverendissimi in Christo patris et domini domini Petri miseracione divina episcopi Tusculan' sibi directarum et per Willelmum Colston' Lincoln' diocesis scolarem presentatarum cum eodem Willelmo super defectum natalium quem patitur de soluto genitus et soluta, quod defectu huius non obstante possit ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere eciam si curam habeat animarum misericorditer in domino dispensavit et super hoc habuit idem Willelmus litteras testimoniales sub sigillo domini de data supradicta.

1412/13. March 16th, Sleaford. Similar dispensation to Richard Corton, scholar, the illegitimate son of a priest.

Corton' dispensacio. xvj^to^ die mensis Marcii anno domini ut supra apud Sleford' reverendus in Christo pater et dominus dominus Philippus dei gracia Lincoln' episcopus auctoritate quarumdam litterarum reverendissimi in Christo patris et domini domini Petri miseracione divina Tusculan' episcopi sibi directarum et per Ricardum Corton' Lincoln' diocesis scolarem presentatarum cum eodem Ricardo super defectum natalium quem patitur de presbytero et soluta genitus quod defectu huius non obstante possit ad omnes sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere eciam si curam habeat animarum misericorditer in domino dispensavit et super hoc habuit idem Ricardus litteras testimoniales sub sigillo domini de data supradicta.

[*Folio 70*]

1413. March 31st, Sleaford. Letters dimissory to Robert Aylmer of Spalding, acolyte, to all orders. [B.]

1411. October 19th. Indult of John XXIII permitting Bishop Repingdon, when visiting the dean and chapter and the prebendal and parish churches in the city and diocese of Lincoln, to receive due procurations, notwithstanding a previous bull of Innocent IV which disallowed procurations, in consequence of which episcopal visitation has been gravely neglected.

Bulla quod episcopus Lincoln' possit recipere procuraciones racione visitacionis sue ordinarie.[1] Johannes episcopus servus servorum dei venerabili fratri Philippo episcopo Lincoln' salutem et apostolicam benediccionem. Romanus pontifex in quo potestatis plenitudo consistit sic sua suorumque predecessorum Romanum pontificum debet privilegia moderare quod in detrimentum non cedant animarum nec aliis per illa grave preiudicium sive dispendium generetur, sane dudum sicut exhibita nobis nuper pro parte tua peticio continebat felicis recordacionis

[1] Abstract in *Cal. Pap. Lett.* VI, pp. 245, 299.

Innocencius pape iiij predecessor noster dilectis filiis capitulo Lincoln' et rectoribus parochialium ecclesiarum civitatis et diocesis Lincoln' qui tunc erant ac racione visitacionis ab ecclesiis sitis in prebendis vel communi capituli huiusmodi et aliis ecclesiis parochialibus civitatis et diocesis predictarum a diocesano episcopo qui esset pro tempore impendende capitulum et rectores prefati procuraciones episcopo Lincoln' pro tempore existenti solvere minime tenerent per suas litteras duxerat indulgendum certo super hoc ipsis capitulo et rectoribus executore deputato prout in eisdem litteris dicitur plenius contineri. Cum autem sicut eadem peticio subiungebat dicte littere valde preiudiciales existant ipsi episcopo pro tempore existenti ad quem dictarum et aliarum ecclesiarum parochialium consistencium in diocesi predicta que multum lata et diffusa est ac rectorum et personarum ecclesiarum earundem visitacio quociens tempus visitacionis ingruerit, necnon recepcio procuracionum racione visitacionis huiusmodi debitarum ab ecclesiis rectoribus et personis eisdem de iure pertinere dinoscitur ac huiusmodi visitacio pretextu earundem litterarum hactenus plerumque neglecta fuerit et animarum pericula et alia multa enormia exinde passim suborta fuerint et infuturum suboriri posse verisimiliter formidentur, pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum ut tue et successorum tuorum episcoporum Lincoln' qui erunt pro tempore indemnitati in hac parte consulere et alias in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicacionibus inclinati tibi et successoribus tuis predictis ut decanum ipsius ecclesie Lincoln' pro tempore existentem et dictos capitulum ac ecclesias suas in prebendis vel communi capituli huiusmodi et alias parochiales ecclesias civitatis et diocesis predictarum earumque personas et rectores ac loca huiusmodi quocienscumque tempus visitacionis ingruerit visitare ac procuraciones tibi et successoribus predictis racione visitacionis eiusdem debitas recipere proinde libere et licite possitis et debeatis perpetuo ac si littere predicte minime emanassent litteris eisdem necnon cum suis temporis lapsu et prescripcione quacumque ac constitucionibus apostolicis et quibuscumque aliis contrariis nequaquam obstantibus auctoritate apostolica de speciali dono gracie indulgemus teque et successores prefatos in statum pristinum iuxta iuris communis formam procuraciones easdem recipiendi et exigendi ex habundanti cautela reponimus et restituimus per presentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis reposicionis et restitucionis infringere vel eidem ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat' Rome apud sanctum Petrum xiiij kalendas Novembris Pontificatus nostri anno secundo. Facta est collacio et concordat cum originale bulla per me Thomam Colstone.[1]

[1] This sentence has been added later and underlined.

1412/13. Letter from the bishop of London (dated January 23rd), forwarding a mandate from Archbishop Arundel (dated January 20th) for Convocation at St. Paul's on March 6th.[1]

MANDATUM DOMINI ARCHIEPISCOPI PRO CONVOCACIONE CLERI. Reverendo in Christo patri ac domino domino Philippo dei gracia Lincoln' episcopo Ricardus permissione divina London' episcopus salutem et sincere dileccionis continuum incrementum. Litteras reverendissimi in Christo patris et domini domini Thome dei gracia Cantuar' archiepiscopi tocius Anglie primatis et apostolice sedis legatis vicesimo primo die mensis Januarii anno domini infrascripto cum ea qua decuit reverencia recepimus in hec verba. Thomas (etc.) [*to Folio 70v*]. Dat' in hospicio nostro sub sigillo nostro London' vicesimo die dicti mensis Januarii anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{o}, et nostre translacionis anno decimo. Quarum auctoritate litterarum vos reverende pater cum ea qua decet reverencia tenore presencium peremptorie citamus quatinus dicto sexto die mensis Marcii in ecclesia nostra sancti Pauli supradicta coram dicto reverendissimo patre aut eius in hac parte locum tenente aut commissario secundum omnem vim formam et effectum earundem litterarum ad huiusmodi negocium curetis personaliter comparere facturi quatenus ad nos attinet prout superius continetur. Vobis insuper omnia et singula iuxta formam dictarum litterarum paternitati vestre intimanda et denuncianda harum serie intimamus et eciam denunciamus ac vobis [*Folio 71*] nichilominus firmiter iniungendo. Mandamus quatinus cetera omnia et singula in litteris antedictis contenta quatenus vos civitatem et diocesim vestras aut personas earundem concernunt execucioni debite demandetis et faciatis efficaciter demandari certificantes dictum reverendissimum patrem distincte et aperte prout in litteris memoratis fieri demandatur. Dat' sub sigillo nostro in manerio nostro de Wykham vicesimo tercio die dicti mensis Januarii anno domini supradicto, et nostre translacionis anno sexto.

1412/13. February 7th, Old Temple. Commission to Richard Fleming and William Barrow to grant a dispensation, in accordance with the customary right of the bishop of Lincoln, to Thomas Wilton, master of arts, of Oriel College, Oxford, that he may proceed to the study of medicine, provided that they are assured of his suitability.

WYLTON' DISPENSACIO.[2] Philippus permissione divina Lincoln' episcopus dilectis nobis in Christo magistris Ricardo Flemmyng canonico Ebor' et Willelmo Barugh' in decretis licenciato salutem graciam et benediccionem. Ad nostram accedens presenciam magister Thomas Wylton' magister in artibus ac collegii nostri de

[1] See *Concilia*, III, p. 338.
[2] *Infra*, f. 116v. Cf. *Snappe's Formulary*, pp. 103, 184, 195, for details of his career.

Oryell' universitatis nostre Oxon' que nostre patronatus iurisdiccionis immediate et visitacionis existit nobis humiliter et instanter supplicabat quod cum ad nos de antiqua et hactenus laudabiliter observata legaleque prescripta consuetudine pertineat pertinere consuevit et debeat pertinere unum quem voluerimus de sociis dicti nostri collegii ad facultatem medicinarum licenciare et secum ut in ipsa studere et gradus sibi competentes assumere valeat dispensare, quod que nullus ut asseruit eiusdem collegii sociorum in huius facultate studeat seu licenciam ad hoc a nobis obtineat de presenti ipsum magistrum Thomam licenciare et secum ut in facultate huius studere et gradus assumere sibi competentes in eadem graciose dispensare dignaremur. Nos enim aliunde prepediti quominus ad hoc commodo intendere valeamus si ita est prout suggeritur ipsumque ad hoc ydoneum et dispositum reperieritis ad licenciandum prefatum magistrum Thomam secum que secundum omnem vim formam et effectum superius sue predicte dispensandum. Vobis de quorum fidelitate et industria plene confidimus tenore presencium committimus vices nostras cum clausula certificandi. Dat' apud Vetus Templum London' vij^{mo} die mensis Februarii anno domini millesimo xij^{mo}, et consecracionis nostre anno octavo.

1412/13. February 8th, Old Temple. Licence to Thomas Brouns to hear confessions in the Queen's household.

Ad audiendum confessiones infra hospicium domine Regine. Memorandum quod octavo die mensis Februarii anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{mo} apud Vetus Templum London' concessa fuit licencia magistro Thome Broun in artibus magistro quod possit audire confessiones et iniungere penitencias salutares pro commissis omnibus et singulis infra hospicium serenissime domine nostre Regine permanentibus in omnibus casibus etc.

1412/13. February 14th, Old Temple. Appointment of John Laurence, chaplain, of Henley-on-Thames, as penitentiary in the deanery of Henley, and of Thomas, vicar of Lewknor, as penitentiary in the deanery of Aston, and of John Ufford, rector of St. Peter-le-Bailey, Oxford, as penitentiary in the deanery of Oxford, during the bishop's pleasure.

Henle penitenciarius. Item xiiij die mensis Februarii anno domini ut supra ibidem deputatus fuit dominus Johannes Laurens capellanus parochialis de Henle super Tamisiam penitenciarius in decanatu de Henle quamdiu domino placuerit.

Aston' penitenciarius. Eisdem die et loco deputatus fuit dominus Thomas vicarius de Leukenore pro decanatu de Aston' quamdiu domino placuerit.

Oxon' penitenciarius. Eisdem die et loco deputatus fuit dominus Johannes Ufford' rector ecclesie sancti Petri in ballio Oxon' penitenciarius pro decanatu de Oxon' quamdiu domino placuerit.

Same date and place. Licence to Richard Fraunceys to preach in the county of Northampton.

Item eisdem die et loco concessa fuit licencia domino Ricardo Fraunces in decretis bacallario quod possit predicare quatinus in anno infra comitatum Northampton' dumtaxat etc.

1412/13. February 15th, Old Temple. Licence to William Biddenham, canon of Wymondley Priory, to celebrate one anniversary, the permission to last for one year.

xv^{o} die mensis Februarii anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{o} apud Vetus Templum concessa fuit licencia Willelmo Bidenham canonico prioratus de Wymund' ad celebrandum unum annale per unum annum.

1412/13. February 20th, Old Temple. Letters dimissory to John Fowler (Fouler'), having the first tonsure, to all orders. [B.]

Same date and place. Licence for one year's non-residence to John Malesores, rector of Cottered (Codreth'). [H.]

Same date and place. Letters dimissory to Simon Gantlok', acolyte, to all orders. [B.]

1412/13. February 25th, Old Temple. Licence to John Langley, rector of Long Leadenham (Longledenham), for two years' non-residence for study, in accordance with the clause "Cum ex eo". [C.]

1412/13. March 3rd, Old Temple. Commission to Richard Fleming and [Richard] Barrow to examine and license preachers in the University of Oxford.

Commissio ad inquirendum de personis ydoneis ad predicandum verbum dei et eos licenciandum. Philippus permissione divina Lincoln' episcopus dilectis filiis Ricardo Flemmyng canonico Ebor' et Ricardo[1] Barugh' in decretis licenciato salutem graciam et benediccionem. Licet doctorum ordo sit quasi precipuus in ecclesia non debet sibi quisquam indifferenter predicacionis officium usurpare nam secundum apostolum quomodo predicabunt nisi mittantur et veritas ipsa dicit, rogate dummodo messis ut mittat operarios in messam suam horum siquidem ac cuiusdam

[1] *Sic, recte* Willelmo ?

constitucionis provincialis quod nullus a iure scripto misericordie auctoritatas privilegia ve speciali munitas predicet verbum dei nisi primo de diocesani loci debite examinatus licenciam ad hoc obtinuerit specialem in hac parte edire consideracione provida nonnulli ut accepimus doctores et scolares ac alii viri catholici universitatis [*Folio 71v*] nostre Oxon' nostre diocesis salubriter excitati fructuum in ecclesia dei suis temporibus afferre cupientes ad officium predicacionis excercendum auctoritate nostra desiderant communiri. Nos enim intenciones suas sanas esse considerantes ac de hoc nichilominus inter cetera quod nullus ad officium huius mittatur indignus sollicite precavere volentes, ad examinandum personas quascumque se vobis aut uni vestrum occasione premissa debite offerentes ac de earum conversacione fama et moribus et sciencia debite inquirendum eosque quas debitum per examen super quo vestras consciencias distruccius oneramus conversacione fama moribus et sciencia ad predicandum verbum dei ydoneos esse reperieritis ad pascendum gregem domini eiusdem verbi pabulo congruis locis et temporibus ubicumque infra precinctum universitatis nostre predicte absque alieni iuris preiudicio de hinc usque festum sancti Michaelis proximum iam futurum vice et auctoritate nostris licenciandum. Vobis de quorum conscienciarum puritatibus plenam in domino fiduciam obtinemus tam communiter quam divisim tenore presencium committimus vices nostras post dictum festum Michaelis[1] minime valiturum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' apud Vetus Templum London' tercio die mensis Marcii anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{o}, et consecracionis nostre viij^{o}.

1412/13. March 20th, at Old Temple. Licence to Peter Partrich to preach at suitable times and places in the archdeaconry of Oxford.

Memorandum quod vicesimo die mensis Marcii anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{o} apud Vetus Templum London' concessa fuit licencia magistro Petri Partryche ad predicandum verbum dei diebus et locis congruis ubicumque per archidiaconatum Oxon' dumtaxat etc.

Same date and place. Letters dimissory to John Deeping (Depyng'), subdeacon, to deacon's and priest's orders. [B.]

1413. March 26th, Old Temple. Letters dimissory to John Teyser, clerk, to all orders. [B.]

1413. March 28th, Old Temple. Letters dimissory to John Whathryche, subdeacon, to deacon's and priest's orders. [B.]

[1] *Sic.*

1412/13. March 10th, Rome. Papal dispensation to David Pryce, rector of Brightwalton in the diocese of Salisbury, who has previously received papal permission to proceed to holy orders and hold a benefice with cure, despite his illegitimacy, to hold one or more compatible benefices or offices with or without cure, in addition to the living of Brightwalton, the value of which does not exceed fifteen marks a year.[1] The papal bull is registered by Thomas Colston.

Pryce dispensacio. Johannes episcopus servus servorum dei dilecto filio David Pryce rectori parochialis ecclesie de Bryghtwalton' Sarum diocesis in utroque iure bacallario salutem et apostolicam benediccionem. Litterarum sciencia vite ac morum honesta aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio nos inducunt ut te favoribus et graciis apostolicis prosequamur. Sane peticio pro parte tua nobis nuper exhibita continebat, quod olim tecum non obstante defectum natalium quem pateris de presbytero genitus et soluta ad omnes eciam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum eciam si curam habeat animarum recipere et retinere posses auctoritate apostolica fuit dispensatum. Tuque post dispensacionem huiusmodi parochialem ecclesiam de Bryghtwalton' Sarum diocesis onus fructus redditus et proventus quindecim marcarum sterlingorum secundum communem estimacionem valorem annuum non excedunt tunc certo modo vacantem canonice tibi collatam assecutis fuisti illamque tenes et possides de presenti. Nos igitur volentes te premissorum meritorum tuorum intuitu favoribus prosequi gracie amplioris tuis in hac parte supplicacionibus inclinati tecum ut quecumque quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura se invicem compaciencia eciam si canonicatus et prebende ac dignitates personatus vel officia cum cura vel sine cura in metropolitanis cathedralibus vel collegiatis ecclesiis et dignitates ipse in metropolitanis vel cathedralibus maiores post pontificales et in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales fuerint et ad eas consueverint qui per eleccionem assumi si tibi alias canonice conferantur vel assumaris ad illa recipere et retinere illaque simul vel successive simpliciter vel ex causa permutacionis tociens quociens tibi videbitur dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica invicem compatibilia recipere et retinere libere et licite valeas predicto defectu ac Putanen'[2] concilii et quibuscumque aliis constitucionibus et ordinacionibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus ecclesiarum in quibus huiusmodi beneficia forsan fuerint contrariis iuramento confirmacione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis nequaquam obstantibus auctoritate predicta tenore presencium de speciali gracia dispensamus.

[1] There is an abstract of the papal bull in *Cal. Pap. Lett.* VI, p. 316.
[2] Unidentified. Possibly an error for *Lateranen'* ?

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre dispensacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat' Rome apud sanctum Petrum vj^{to} idus Marcii Pontificatus nostri anno secundo. Ista bulla registrata est per me Thome Colstone et facta collacione concordat cum originali. T. C.

[*Folio 72*]

Quarto kalendas Aprilis anno domini millesimo quadringentesimo terciodecimo Incipit annus nonus consecracionis Reverendi in Christo patris et domini domini Philippi Repyngdon' dei gracia Lincoln' Episcopi.

1413. March 28th, Old Temple. Dispensation to Idonea, wife of John Huttoft, esquire, to eat eggs, dairy produce and meat during Lent and on certain other fast-days.

Licencia Idonee Hotofte. Memorandum quod xxviij^{o} die mensis Marcii anno domini millesimo cccc^{mo} xiij^{o} apud Vetus Templum London' concessa fuit licencia Ydonee uxori Johannis Hotoft' armi geriquod possit vesci ovis et lactiniis carnibusque carneis in tempore quadragesimali et ceteris diebus ieiunii alio tempore anni.

1413. March 29th, Old Temple. Letters dimissory to William Clerk of Husborne Crawley (Husseburn Crauley), acolyte, to all orders. [B.]

1413. April 7th, Old Temple. Letters dimissory to John Timms (Tymmes), acolyte, and to William Pagnall (Pagnal), subdeacon, to all orders; to Thomas Smith of Yelvertoft (Yelvertofte), subdeacon, to deacon's and priest's orders; to William Clerk and John Fylel, subdeacons, to all orders; and to Simon London of Snelshall (Snelleshall') Priory, subdeacon, to deacon's and priest's orders. [B.]

1413. April 9th, Old Temple. Licence to Thomas Thowe, rector of Adstock, having the first tonsure, for three years' non-residence for study, in accordance with the clause " Cum ex eo ". [C.]

1413. April 17th, Sleaford. Letters dimissory to Peter Nyelson', clerk, of Goxhill (Gouxhill'), to all orders. [B.]

1412/13. March 18th, Huntingdon. Report to Bishop Repingdon by Thomas Tyberay, sequestrator in the archdeaconries of

Huntingdon and Bedford, and the official of the archdeacon of Huntingdon, who were appointed on January 25th to inquire concerning the reputed unfitness through age of Adam Knaresborough, rector of Abbot's Ripton. They find that he is broken with age, infirm and blind, and unfit to exercise his office, so that the parish is without cure of souls.

Inquisicio de impotencia rectoris de Repton'. Reverendo in Christo patri ac domino domino Philippo dei gracia Lincoln' episcopo vestri humiles et devoti filii commissarii infrascripti deputati obedienciam reverenciam tanto patri debitam cum honore. Mandatum vestrum reverendum infrascriptum nuper recepimus in hec verba. Philippus permissione divina Lincoln' episcopus dilectis filiis magistro Thome Tyberay nostre in archidiaconatibus Huntyngdon' et Bedford' sequestratori et officiali archidiaconi nostri Hunt' salutem graciam et benediccionem. Ad nostrum exfrequenti relacione pervenit auditum quod cum dominus Adam Knaresburgh' rector ecclesie parochialis de Repton' abbatis nostre diocesis adeo senio confractus existit et debilis viribus ac discreccionis sue vigor in tantum est extenuatus ut ad curam sibi commissam personaliter excercendam et ecclesie sue iura tuenda omnino impotens sit effectus, unde dicta ecclesia et parochiani eiusdem tam in spiritualibus quam in temporalibus paciuntur non modicum attrimentum. Nos dampnis tam gravibus et quid sequi possent gravioribus occurrere volentes et dicto rectori subvenire, vobis coniunctim committimus et in virtute sancte obediencie firmiter iniungendo mandamus quatinus de persona dicti rectoris et singulis impedimentis ac potencia seu impotencia sua aliisque circumstanciis de iure in hac parte attendendis vocatis omnibus et singulis de iure in hac parte vocandis et presertim dicto domino Adam rectore predicto personaliter ac in speciale legitime inquiratis. Et nos de omni eo quod per inquisicionem huiusmodi reperieritis et feceritis in premissis dicte inquisicionis negocio expedito distincte et aperte certificetis litteris vestris patentibus [*Folio 72v*] habentibus hunc tenorem sigillo autentico consignatam ut nos de premissis plenius informati ad coadiutorem seu curatorem prefato rectori assignandum iuxta nostris exigenciam procedere valeamus et indempnitati dicto ecclesie [consultimus] provideri. Dat' sub sigillo nostro apud Huntyngdon' xxv^{to} die mensis Januarii anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{mo}, et nostre consecracionis anno octavo. Cuius auctoritate mandati vestri reverendi supradicti nos commissarii suprascripti de impedimentis ac impotencia et defectum Ade Knaresburgh' rectoris ecclesie parochialis de Repton' abbatis ad curam animarum sibi commissam parte excercendam vocatis vocandis ac ipso domino Adam Knaresburgh' vocato et personaliter interessente per rectores et vicarios convicinos plenam noticiam persone dicti rectoris habentes in ecclesia parochiali de Repton' abbatis predicta diligentem fecimus inquisicionem per quam comparimus quod dictus Adam

Knaresburgh' adeo senio confractus existit et debilitate corporis est percussus et visione oculorum privatus et vigor discreccionis seu in tantum est extenuatus quod ad curam animarum sibi commissam personaliter excercendam impotens est effectus et sic dictam ecclesiam de Repton' abbatis tam in spiritualibus quam in temporalibus non modicum patitur detrimentum. Que omnia et singula vestre paternitati reverende notificamus per presentes sigillis officiorum nostrorum consignatas. Dat' apud Huntyngdon' xviij° die mensis Marcii anno domini supradicto.

[Undated.] Old Temple. Commission to John Southam, official of Lincoln, to absolve William Cleve, rector of Mursley, previously excommunicated for contumacy on the petition of the prior and convent of Luffield.

Philippus permissione divina Lincoln' episcopus dilecto filio magistro Johanni Southam officiali nostro Lincoln' salutem graciam et benediccionem. Cum nuper dominus Willelmus Cleve rector ecclesie parochialis de Myresley nostre diocesis propter suam manifestam contumaciam pariter et offensam coram ad instanciam prioris et conventus de Luffeld' eiusdem ipsius contumaciam accusancium iudicialiter contractam excommunicatus existat, et quia in excommunicacionis huiusmodi per xl dies et amplius in contemptum clavium ecclesie perserveravit animo indurato per invocacionem brachii secularis carceri mancipatus, velit que idem dominus Willelmus ut asserit ad gremium sancte matris ecclesie redire et eiusdem obedire mandatis expensas que legitimas dictis priori et conventui in hac parte effundere, cetera que facere agere et subire ad que iuris exigencia eum artare poterit seu debebit et se ad hoc admitti supplicaverit et pecierit humiliter et cum effectum. Nos enim ovi predite redeunti ad gregem pietatis oculum erigentes ipsum dominum Willelmum de parendo iuri et stando mandatis ecclesie canonice prestita sufficienti vocata parte dictorum prioris et conventus sibi que legitimis effusis expensis necnon processu legitimo servatis de iure in hac parte servandis plenius observatis ad vos mittimus absolvendis in debita iuris forma, proviso eciam quod pro violacione nobis et ecclesie ac certo mandatario nostro per dictum dominum Willelmum facta debita fiat emenda. Dat' sub sigillo nostro apud Vetus Templum London'.

[Undated.] Letter from Bishop Repingdon to the dean and chapter, directing them to hold special prayers on the death of King Henry IV.

Littera ad orandum pro Rege mortuo. Philippus permissione divina Lincoln' episcopus dilectis in Christo filiis decano et capitulo ecclesie nostre Lincoln' vel ipso decano absente subdecano et capitulo eiusdem salutem graciam et benediccionem. Ad redempcionem

humani generis dei filius a summis celorum ad yma descendens mortem pro nobis temporalem passurus sui amaris eximii memoriale magnificum preciosum nobis reliquit sui corporis et sanguinis sacramentum, ex cuius veneracione devota dum missarum solempnia sacerdotalis officii ministerio recensentur ad gracie et virtutum incrementa proficimus peccatorum nostrorum culpas exuimus ac pro vivis et defunctis vite perhennis suffragia consequimur et salutis nam ea que sancti viri orando afficiunt ita predestinata sunt ut precibus obtineantur dum ipsa regni perhennis predestinacio ita sit ab omnipotenti domino disposita ut ad hoc electi postulando accipere mereantur quod eis omnipotens et misericors deus ante secula disposuit donare. Et qui ab hac vita in statu gracie decesserint et excessus suos per opera pietatis minus suppleverint devotorum oracionibus et suffragiis ac oblacione eiusdem sacramenti apud deum per eum misericordia altissimi valeant expiari ex hiis siquidem paterna devocione non modicum excitati animam serenissimi dum vixit principis et domini nostri domini Henrici Regis Anglie et Francie et domini Hibernie quarti ab hac luce sicut altissimo placuit noviter ut audistis subtracti devotorum precibus et presertim nostrorum subditorum decrevimus specialissime mancipari. Quocirca vobis et quemlibet vestrum ac vestram devocionem quam ad missarum celebraciones et alias devociones pietatis hactenus novimus esse proclivam affectuose rogamus et quantum in nobis est ab honestate premittitur requirimus ac in visceribus pietatis Jesu Christi effectualiter exhortamur ut animam tanti et talis domini nostri Regis et patroni vestris devotis oracionibus specialiter commendantes decies solempnes exquias mortuorum cum totidem triginta missis de Requiem que ad decem trigintalia se extendunt [*Folio 73*] a die obitus dicti nuper Regis usque in diem anniversarii eiusdem in dicta ecclesia nostra cathedrali celebrari faciatis ac omnibus vestris subditis tam presbyteris quam clericis in dicta ecclesia nostra deo servientibus iniungatis ut ipsorum singuli speciales oraciones temporibus congruis pro anima antedicta et animabus omnium fidelium defunctorum, vobiscum unanimiter faciant et devote. Et ut devociones vestras et omnium nostrorum subditorum et aliorum quorum diocesani hanc nostram indulgenciam ratam habuerit ad premissa excercenda et continuanda perpensius excitemus omnibus et singulis in statu gracie existentibus qui missam oracionem ve aliam quamcumque eciam si fuerit oracio dominica cum salutacione angelica pro premissis dixerint mente pia quadraginta dies indulgencie tociens quociens hoc fecerint concedimus per presentes ad dictum diem anniversarium plenarie duraturas. In cuius rei testimonium etc.

1412/13. Testament of Joan, wife of William Ward, of Quarrington. Dated February 8th. Proved at Sleaford on April 21st, 1413.

Testamentum Johanne Ward' de Queryngton'.[1] In dei nomine amen. viij° die mensis Februarii anno domini millesimo cccc^mo xij°, ego Johanna uxor Willelmi Ward' de Queryngton' condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo et beate Marie et omnibus sanctis et corpus meum ad sepeliendum in cimiterio ecclesie sancti Botulphi de Queryngton'. Item do et lego nomine mortuarii unum plumbum. Item do et lego cuilibet sacerdoti qui meis exequiis intererit vj d. Item ecclesie de Queryngton' duas petras lane. Item do et lego Alicie filie mee unum coopertorium et unum par linthiaminum et armilausam et unam petram lane et optimum meum flammeolum. Item Alicie Noryssh' optimam meam togam et capicium optimum. Residuum vero bonorum meorum non legatorum do et lego Willelmo Ward' meo sponso et Roberto Tymberland' capellano quos eciam constituo executores meos ut disponant pro illis sicut coram deo voluerint respondere.

xxj° die Aprilis anno etc. xiij° apud Sleford' probatum approbatum et insinuatum fuit testamentum predictum et pro eodem pronunciatum commissum fuit bonorum dicte defuncte administracio executoribus in eodem testamento nominatis in forma iuris iuratis et per eos sponte acceptata. Compoto administracionis sue huiusmodi reservato.

1413. April 26th. Agreement between Bishop Repingdon and the abbot and convent of Eynsham concerning the annual payment of twenty shillings for the parish church of South Newington, which is appropriated to Eynsham Abbey.

Indentura pro securitate pensionis xx s. de abbate et conventu de Eynesham pro ecclesia de Newenton' Jewell' eis appropriata. Hec indentura facta inter reverendum in Christo patrem et dominum dominum Philippum dei gracia Lincoln' episcopum ex parte una et abbatem et conventum domus sive monasterii de Eynesham dicte Lincoln' diocesis ecclesiam parochialem de Newenton' Jewell' dicte diocesis auctoritate sedis apostolice in proprios usus obtinentes ex parte altera testatur quod prefatus abbas et conventus de communi et unanimi consensu et assensu eorundem ad hoc capitulariter congregatorum concurrentes omnibus in ea parte de iure requisitis pro de et ex eo quod varia commoda non modica ab ipsa ecclesia de Newenton' Jewell' ad episcopos Lincoln' et ecclesiam Lincoln' tam de iure quam de consuetudine laudabili legitime que prescripta temporibus vacacionis dicte ecclesie de Newenton' Jewell' et aliis diversis temporibus pervenerunt et in eventu proventuri fuissent si dicta ecclesia appropriata non fuisset quibus ipsi episcopi et ecclesia Lincoln' occasione appropriacionis ecclesie predicte carebunt verisimiliter infuturum per presens

[1] Abstract in *Linc. Wills*, p. 143.

scriptum indentatum se firmiter obligant et astringant dicto reverendo patri et ipsius successoribus episcopis Lincoln' qui pro tempore fuerint inperpetuum in quadam annua pensione viginti solidorum solvenda eisdem episcopis vel eorum procuratoribus seu procuratori in festis Nativitatis sancti Johannis Baptiste et sancti Michaelis Archangeli per equales porciones infra palacium Lincoln' perpetuis temporibus futuris annuatim et ex causa indempnitatis predicte ac in recompensacionem dampnorum quo ex appropriacione dicte ecclesie episcopi Lincoln' pro tempore existenti et ecclesiam Lincoln' sustinere et verisimiliter patri possent necnon in signum subieccionis ecclesie memorate ut prefertur appropriate ad ecclesiam Lincoln' debite ostendend'. Ad quas quidem soluciones singulis annis et terminis predictis bene et fideliter ut premittitur faciendas prefati abbas et conventus obligant se et successores suos fructusque redditus et proventus dicte ecclesie de Newenton' Jewell' ac omnia bona sua mobilia et immobilia ad dictum monasterium pertinencia et spectancia presencia et futura ubicumque fuerint inventa obligant et impignerant et ypothecant per presentes. Si vero contingat prefatam ecclesiam de Newenton' Jewell' ut prefertur appropriatam qualitercumque evinci vult et concedit dictus reverendus pater episcopus Lincoln' supradictus pro se et successoribus suis episcopis Lincoln' quod extunc prefati abbas et conventus et successores sui ad predictam annuam pensionem viginti solidorum pro indempnitate ut prefertur minime teneantur, sed quod ipse reverendus pater episcopus Lincoln' supradictus et successores sui episcopi Lincoln' ab omni peticione exaccioni et vendicaccione dicte [*Folio 73*^{v}] annue pensionis exinde fuit exclusi. Volunt insuper et concedunt prefati abbas et conventus per presentes quod si contingat ipsos aut successores suos in solucione dicte annue pensionis sub modo et forma predictis episcopis Lincoln' pro tempore existentibus terminis antedictis faciendos in parte vel in toto deficere extunc liceat episcopo Lincoln' qui nunc est et ipsius successoribus episcopis ibidem qui pro tempore erunt ipsis abbati et conventu seu eorum successoribus non vocatis absque obliquo processu iudiciali de fructibus redditibus proventibus et emolumentis quibuscumque ad dictam ecclesiam seu dictum monasterium provenientibus eandem pensionem sua propria auctoritate absque causa cognicione et iuris ordine quibuscumque exigere colligere et levare ac eciam post lapsum terminorum huiusmodi fructus proventus et emolumenta quecumque sequestrare eosque et ea sub tuto et arto tenere servare et custodire sequestro quousque de pensione predicta una cum dampnis arreragiis expensis si que occasione premissa idem episcopus et successores sui episcopi incurrerint in eisdem per dictos abbatem et conventum et successores suos futuros fuerit plenarie satisfactum predictique abbas et conventus pro se et successoribus suis quibuscumque iuris remediis specialibus vel generalibus et presertim appellacionum querelarum prohibicionum regiarum in integrum

restitucionum et aliis quibuscumque tam iuris ecclesiastici quam secularis privilegiis eis et eorum monasterio quacumque auctoritate concessis ad impediendum seu retardandum solucionem annue predicte pensionis in parte vel in toto competentibus et competituris ex certa sciencia renunciant in hiis scriptis. In cuius rei testimonium uni parti huiusmodi indenture penes reverendum patrem dominum episcopum Lincoln' et successores suos remanenti prefati abbatis et conventus sigillum commune est appensum. Alteri vero parti penes prefatos abbatem et conventum remanenti prefati reverendi patris domini episcopi Lincoln' sigillum est appensum. Dat' in domo capitulari dicti monasterii de Eynesham xxvj^{to} die mensis Aprilis anno domini millesimo cccc^{mo} terciodecimo.

1413. June 16th, Sleaford. Dispensation granted by David Pryce, vicar-general, by direction of the papal penitentiary, to Richard Saltby, clerk, of Stamford, that he may proceed to all orders and hold a benefice with cure, notwithstanding his illegitimacy.

Saltby dispensacio. Memorandum quod xvj^{to} die mensis Junii anno domini millesimo cccc^{mo} xiij apud Sleford' David Pryce vicarius generalis auctoritate litterarum domini Antonii miseracione divina episcopi Portuen' sibi commissa cum Ricardo Saltby de Stamford' Lincoln' diocesis clerico de soluto genito et soluta misericorditer dispensavit quod ipso defectu non obstante possit ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere eciam si curam habeat animarum etc. secundum effectum litterarum earundem.

1412. July 1st. Award by Henry Ware, official of the Court of Arches, in a dispute between John Rose, rector of Tattershall, and Thomas Kay alias Bowet, rector of the adjoining parish of Kirkby on Bain, concerning the payment of tithes and offerings from certain parishioners living on the parish boundaries. In the presence of advocates, notaries and the registrar of the Court of Arches, and many other witnesses, Henry Ware defines the limits of the parishes and gives judgment in favour of the rector of Tattershall. Thomas Kay is to pay a fine of 100 marks, and twenty pounds to John Rose for the expenses incurred in the case, and he is to restore the tithes which he has illegally detained.

The award is ratified by Bishop Repingdon at Sleaford on August 22nd, and by the dean and chapter of Lincoln on August 23rd.

Laudum sive arbitrium inter rectores de Tateshale et de Kyrkeby super Bayn' adinvicem contendentes super percepcione quarumdam decimarum. In dei nomine amen. Nos Henricus Waare clericus in utraque iure licenciatus Curie Cantuarien' officialis ad cognoscendum procedendum ordinandum laudandum et arbitrandum in quadam lite sive dissencionis materia mota et pendente

indiscussa inter dominos Johannem Rose de Tateshale et Thomam Kay alias dictum Bowet de Kyrkeby super Bayn' ecclesiarum parochialium Lincoln' diocesis rectores adinvicem contendentes de et super iure et possessione percipiendi et habendi omnes et omnimodas decimas tam maiores quam minores reales et personales ac eciam oblaciones spirituales de quodam Nicholao Appulgarth' quoddam edificium Appulgarth' Willelmo de Walton' quoddam edificium Southbothe ac Roberto quondam serviente cuiusdam nominati Gylmyn quoddam edificium Mewshous vulgariter nuncupata una cum uxoribus liberis et familiaribus suis inhabitantibus et occupantibus necnon de et super iure ac possessione percipiendos et habendos decimas canabi lini et feni in et de quibuscumque ortis croftis pratis et locis ad dicta edificia Appulgarth' et Southbothe pertinentibus seu eisdem adiacentibus et aliis ortis croftis pratis et locis Horshousgarth' et Swynhouse Carre vulgariter nuncupata ac decimas silve cedue in et de quibuscumque boscis grovettis sive silvis Eschnappes et Barneshagges ac Synkermyll' Holt et Calcrofte in vulgari nuncupata et appellata, ac insuper decimas omnes et omnimodas provenientes in et de aliis locis quibuscumque existentibus inter quendam locum vocatum in vulgari Holbek' et boscum quondam Hugonis filii Pincionis qualitercumque provenientes dictos que inhabitantes ad missas et alia divina officia admittendum et recipiendum ac eis sacramenta et sacramentalia ecclesiastica ministrandum et de et super distinccione finium et limitum parochiarum dictarum ecclesiarum ac premissorum occasione necnon occasione dampnorum iniuriarum expensarum et interesse quorumcumque ac impedimentorum penarum commissionum in premissis et circa ea per dictas partes et earum alteram qualitercumque quandocumque et ubicumque factis premissa que omnia et singula discuciendum et finaliter decidendum et terminandum ac alia faciendum et excercendum prout et sicut in quibusdam litteris indentatis de et super compromisso in hac parte inter dictas partes in presencia diversorum notariorum et testium factis ac ipsarum partem hincinde sigillis propriis alternatim sigillatis quarum datum est London' vicesimo quinto die mensis Novembris anno domini millesimo cccc^{mo} undecimo et anno regni Regis Anglie Henrici quarti post conquestum terciodecimo. Ad quas quidem litteras contentaque in eisdem nos referimus et hic quatenus oporteat haberi volumus pro expressis plenius continetur arbiter arbitrator sive amicabilis compositor unitus per dictas [*Folio 74*] partes hincinde libere et spontante ac concorditer electus et deputatus habentes plenam et liberam potestatem a partibus superius nominatis hincinde nobis concorditer attributam imponendum et faciendum et [finem] in premissis volentes dumtaxat ut arbitrator amicabilis que compositor huiusmodi ad finalem decisionem premissorum procedere ac ea terminare. Quia visis per nos auditis intellectis examinatis rimatis diligenter et indigatis et equa iusticie lance discussis meritis et circumstanciis litis sive materie

dissencionis antedicte partium que predictarum hincinde iuribus et probacionibus in hac parte coram nobis productis et exhibitis deliberacione eciam per nos prehabita diligenti pro bono pacis et concordie vigore potestatis per dictas partes nobis in hac parte attributo et concessi et compromissi supradicti Christi nomine primitus invocato et ipsum solum oculis nostris proponentes per nostrum laudum sive sentenciam quod vel quam proferimus et promulgamus in hiis scriptis laudamus ordinamus sentenciamus arbitramus diffinimus dicimus pronunciamus decernimus et declaramus pro iure prefati domini Johannis Rose rectoris prefate ecclesie de Tatteshale et ecclesie sue antedicte in premissis omnibus et singulis dictasque decimas et oblaciones spirituales quascumque in et de omnibus et singulis prefatis edificiis domibus et hospiciis ac de inhabitantibus eadem necnon decimas omnes et omnimodas silve cedue in ac de prefatis silvis boscis et grovettis Eschenappes videlicet que situatur et existit ex parte boriali portarum exteriarum monasterii de Kyrkestede vocatarum in vulgari Whytecrossegate et prope ipsas portas Barneshagges ac Synkermyll' Holt et Calcrofte nuncupatis et locis aliis omnibus et singulis superius specialiter designatis qualitercumque provenientes ac rectorem dicte ecclesie de Tatteshale quecumque pro tempore existentem iure et nomine ipsius ecclesie ad eandem que ecclesiam solum et insolidum et nullatenus ad dictam ecclesiam de Kyrkeby super Bayn' neque ad rectorem eiusdem pertinuisse pertinere et pertinere debere ipsaque loca omnia et singula infra fines et limites ecclesie parochialis de Tatteshale predicte fuisse et esse situata dictosque inhabitantes omnes et singulos prefata edificia sive hospicia superius specialiter designata dicte ecclesie parochialis de Tatteshale ac nullatenus dicte ecclesie de Kyrkeby super Bayn' fuisse et esse ac esse debere parochianos iusque huiusmodi inhabitantes omnes et singulos ad missas et alia divina officia in dicta ecclesia de Tatteshale recipiendum et admittendum ac eis sacramenta et sacramentalia quecumque ut veris ipsius ecclesie de Tatteshale parochianis ministrandum et ministrari faciendum ad rectorem eiusdem ecclesie de Tatteshale quemcumque solum et insolidum ac nullatenus ad rectorem dicte ecclesie de Kyrkeby super Bayn' pertinuisse pertinere ac pertinere debere semper in futuro ac scilencium perpetuum dicto domino Thome Kay alias Bowet rectori dicte ecclesie de Kyrkeby super Bayn' in premissis omnibus et singulis ac ea concernentibus imponimus ac ipsum dominum Thomam Kay ad restitucionem decimarum quarumcumque lini et feni in et de prefato loco sive crofto vocato Horshousgarth' anno domini millesimo quadringentesimo undecimo in tempore quo idem locus fuit in manibus unius firmarii qualitercumque provenientes per eundem dominum Thomam iniuste subtractarum et abductorum si existent, alioquin ad restitucionem ve estimacionem earundem prefato domino Johanni Rose rectori dicte ecclesie de Tatteshale realiter et effectualiter fiendam infra spacium unius mensis a tempore

notificacionis presencium dicto domino Thome debite facte per laudum nostrum huiusmodi condempnamus et mandamus huiusmodi restitucionem sic fieri ac insuper dictum dominum Thomam Kay alias Bowet pro eo et ex eo quod ipse idem Thomas magistrum Willelmum Burton' canonicum Lincoln' ac arbitratorem sive amicabilem compositorem imparem in quodam alio negocio compromissorio occasione decimarum et oblacionum provenientem in et de omnibus edificiis personis silvis et locis predictis per partes antedictas pridem concorditer electum et deputatum contra formam eiusdem compromissi iniuste publice et expresse tam factis quam verbis impedunt quominus ipse idem impar infra terminum eidem in ea parte limitatum secundum laudum in ipso negocio proferre potuit prout ea occasione nec protulit prout volebat et protulisset ut asseruit si sic impeditus non fuisset in penas in eodem compromisso limitatas, videlicet realis solucionis quinquaginta marcarum fabrice ecclesie cathedralis Cantuarien' ac aliarum quinquaginta marcarum dicto domino Johanni Rose rectori prefate ecclesie de Tatteshale per eundem dominum Thomam effectualiter applicand' et incidisse ac eisdem penis fuisse et esse insolutum ac propterea eundem dominum Thomam Kay alias Bowet ad huiusmodi centum marcarum solucionem ut prefertur fiendam fuisse et esse sic astrictum et obligatum ipsamque solucionem [*Folio 74*^{v}] sic fiendam citra festum sancti Michaelis Archangeli proximum futurum. Insuper laudamus pronunciamus et declaramus eundem que dominum Thomam Kay alias Bowet in expensis legitimis per partem dicti domini Johannis Rose in utroque negocio compromissorio antedicto factis eidem domino Johanni Rose realiter solvendis laudando condempnamus quas quidem expensas ad xx libras sterlingorum bone et legalis monete Anglicane per dictum dominum Thomam Kay alias Bowet prefato domino Johanni Rose persolvendas realiter et tradendas citra festum sancti Michaelis Archangeli proximum futurum absque qualiter dilacione ulteriori provida moderacione prehabita in hiis scriptis taxamus recepto primitus ab eodem domino Johanne Rose et per ipsum ad mandatum nostrum et in nostris manibus tactis sacrosanctis dei evangeliis corporali prestito iuramento se tantum et ultra expendisse occasione litis sive materie dissencionis antedicte. Que omnia et singula superius scripta et contenta prout superius scribuntur et continentur in hiis scriptis ordinamus laudamus pronunciamus decernimus declaramus sentenciamus diffinimus dicimus et precipimus per partes supradictas quatenus ipsas communiter aut divisim attinent fieri et perimpleri necnon inviolabiliter observari sub pena in compromisso in nos facto superius memorato contenta lectum latum et in scriptis promulgatum fuit hoc presens laudum nostrum per nos dictum Henricum Waare officialem compromissarium arbitrum sive arbitratorem aut amicabilem compositorem antedictum, in hospicio habitacionis nostre in parochia sancti Jacobi de Garlykheth' civitatis London' situata primo die mensis

Julii anno domini millesimo cccc^{mo} duodecimo Indiccione quinta Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Johannis divina providencia pape vicesimi tercii anno tercio in presencia prefatorum dominorum Johannis Rose dicte ecclesie de Tatteshale ac Thome Kay alias Bowet dicte ecclesie de Kyrkeby super Bayn' rectorum coram nobis personaliter comparencium et comparuerunt expresse recognoscentes hincinde et recognoverunt tunc ibidem ante prolacionem laudi huiusmodi se nos alias elegisse et nominasse in arbitrum arbitratorem aut amicabilem compositorem et in nos tanquam in talem concensisse ac compromisisse in hac parte una cum certis promissionibus penarum vallacionibus renunciacionibus et aliis prout inibi iterata vice ex habundanti in nos compromiserunt et compromittunt ac promiserunt se bona fide stare nostro laudo in hac parte in alto et in basso in omnibus absque reclamacione aliquali ac nostrum laudum in negocio compromissorio antedicto proferri instanter petencium et pecierunt quod quidem laudum sic in presencia dictarum partium hincinde per nos prolatum statim post prolacionem eiusdem tunc ibidem eisdem die et loco iidem Johannes et Thomas rectores supradicti pro se suisque successoribus et ecclesiis antedictis quantum in eis est palam publice et expresse emolongarunt et approbarunt sicque emolongavit et approbavit eorum uterque tunc ibidem ac dictus dominus Johannes Rose rector prefate ecclesie de Tatteshale ad instantem rogatum nostrum et ob reverenciam quam nobis impendere curavit dictas penas centum marcarum et expensas viginti librarum ac decimas feni et lini per dictum dominum Thomam Kay alias Bowet ut prefertur iniuste subtractas in quibus est ut predicitur per nos condempnatas eidem domino Thome graciose remisit et remittit tunc ibidem. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium presentes nostri laudi et ceterorum omnium premissorum litteras sive presens publicum instrumentum exinde fieri ac per magistrum Thomam Beket notarium publicum nostrum que in dicto negocio compromissorio scribam infrascriptum subscribi publicari mandamus dicte que nostre officialitatis sigilli fecimus appensione muniri. Presentibus in premissis omnibus et singulis discretis viris magistris David ap Rys Curie Cantuarien' advocato Johanne Perche ipsius Curie registrario ac registrorum custode Jacobe Cole et Simone Kempston' eiusdem Curie procuratoribus generalibus et Johanne de Hylton' dicte Curie clerico iurato notariis publicis ac aliis quampluribus viris providis et discretis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego Thomas Beket clericus Londonien' publicus auctoritate apostolica notarius ac scriba per prefatum magistrum Henricum Waare officialem compromissarium arbitrum arbitratorem sive amicabilem compositorem in hac parte deputatus premissi laudi prolacioni et promulgacioni ac partium predictarum recognicioni et compromissioni ac pene centum marcarum et expensarum viginti librarum ac decime feni et lini subtracte remissioni

ac ceteris omnibus et singulis dum sic et premittitur sub anno domini Indiccione Pontificatu mense die et loco proximis supradictis per prefatum magistrum Henricum Waare [*Folio 75*] officialem compromissarium arbitrum arbitratorem et amicabilem compositorem antedictum ac per presentes predictas agerentur et fierent una cum prenominatis testibus presens personaliter interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi aliunde que occupatus per alium scribi feci publicavi et in hanc publicam formam redegi. Signo que et nomine meis solitis et consuetis una cum appensione sigilli dicte officialitatis signavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Ratificacio episcopi. Et nos Philippus permissione divina Lincoln' episcopus ad instantes supplicaciones dictorum dominorum Johannis Rose prefati ecclesie de Tatteshale ac Thome Kay alias Bowet prefate ecclesie de Kyrkeby super Bayn' dicte nostre diocesis rectorum coram nobis personaliter comparencium, quia tractatu et indagacione diligentibus una cum iurisperitis et aliis quorum interfuit et interest in hac parte per nos prehabitis dictum laudum proinde factum et habitum ac racionabile et iustum in evidentesque et necessarias utilitates dictarum ecclesiarum ac prefatorum rectorum earundem et pro bono pacis inter eosdem suosque successores imperpetuum habendo et tenendo fuisse et esse latum et promulgatum dilucide comparimus et invenimus ipsum laudum sive arbitrium ac omnia et singula in eodem qualitercumque contenta auctoritate nostra ordinaria in quantum ad nos attinet tenore presencium expresse approbamus et ratificamus ac pro nobis et successoribus nostris realiter confirmamus iure et ecclesie nostre Lincoln' dignitate in omnibus semper salvis. In quorum omnium testimonium presentes litteras sive presens instrumentum publicum sigilli nostri appensione fecimus communiri. Dat' in castro nostro de Sleford' vicesimo secundo die mensis Augusti anno domini Indiccione et Pontificatu proximis supradictis ac nostre consecracionis anno octavo.

Ratificacio decani et capituli. Et nos decanus et capitulum ecclesie cathedralis Lincoln' ad personales instancias et rogaciones prenominatorum rectorum coram nobis personaliter comparencium, premissum laudum sive arbitrium ac omnia et singula in eodem qualitercumque contenta necnon approbacionem ratificacionem et confirmacionem prefati reverendi patris superius factas rata habentes pariter accepta ea omnia et singula prout supra scribuntur et recitantur in quantum ad nos attinet tenore presencium expresse approbamus et ratificamus ac pro nobis et successoribus nostris realiter imperpetuum confirmamus iure et dignitate ecclesie cathedralis Lincoln' in omnibus semper salvis. In quorum omnium testimonium presentes litteras sive presens instrumentum publicum sigilli nostri communis appensione fecimus communiri. Dat' in domo nostra

capitulari Lincoln' vicesimo tercio die mensis Augusti anno domini Indiccione et Pontificatu proximis supradictis.

1413. July 6th, Newnham. Licence to Thomas Butler (Butyler), rector of Hardmead (Herdmede), subdeacon, for three years' non-residence for study, in accordance with the clause "Cum ex eo". [C.]

1413. June 1st. Licence to the prioress and convent of Stainfield to put to farm the appropriated churches of Quadring, Kirmond-le-Mire, Waddingworth and Marton, for three years.[1] [G.]

1413. May 31st, Old Temple. Letters dimissory to William Dexter (Deyster) of Woodford, clerk, to all orders. [B.]

1413. July 5th, St. Neots (Sanctum Neotum). Letters dimissory to John Scott (Scotte) of Little Stoughton (parva Stoughton'), having the first tonsure, to all orders. [B.]

1413. July 14th, Hitchin (Hychyn'). Letters dimissory to John Rabbasse, to all orders. [B.]

Same date and place. Grant of forty days' indulgence to all who recite the Lord's Prayer and the Hail Mary before the altar of the Holy Trinity in Hitchin parish church.

Hychyn indulgencia. Eisdem die et loco concessa fuit indulgencia xl dierum omnibus dicentibus oracionem dominicam cum salutacione angelica coram altare sancte Trinitatis in ecclesia parochiali de Hychyn' erecta quam domino placuerit.

1413. Testament of William Thirning, knight. Dated May 28th. Proved before Bishop Repingdon at Melchbourne on July 21st, 1413. Acquittance to the executors at Liddington on August 5th.

Testamentum Willelmi Thyrnyng.[2] Voluntas sive testamentum Willelmi Thyrnyng chivaler' factum xxviij^{o} die Maii anno regni regis Henrici quinti post conquestum primo.

I William Thyrnyng hol of body and of good mynde declare, dispose and ordeyne my will and my testament of my godes mebles in maner yat ensueth, w^{t} protestacyon y^{t} I may frely chaunge y^{is} will and my purpose, and adde and amesne aftur yat God sendyth me grace, and aftur y^{t} I maij bryng in my dettes, and aftur y^{t} odyr fortunes fallen of [*Folio 75^{v}*] y^{is} wykkyd world, y^{t} a man may noght all thenken, ne menen, as at y^{is} tyme; wyche will, yf y^{t} be noght changed, y will y^{t} yt be and stand for my testament for to execud by hem y^{t} I chall neme for to be my executours. First I bekueth my soule to

[1] *Supra*, I, p. 99. [2] Abstract in *Linc. Wills*, p. 140.

God, *In manus tuas domine* etc. and my body to be byried in ye Abbey of Seint James at my cost, and aftur I bekueth and ordeyne to be distribuet at myn exeques to euery man, woman and chyld, a grote y^{t} will cum as far as a c li. will strech, ye whych will amont to vj i^{m} persones. And also I will y^{t} ye Abbey of Seint James haue xl li. for to pray for me devoutely as I hope y^{ei} will, of ye wych xl li. for to syng for me devoutely and solemply and pray at ye tyme of my dyng y will y^{t} euery chanon haue xx d., and ye prior iij s. iiii d., and ye abbot vj s. viij d., and ye ryngers of ye belles xij d., and y^{t} ye remenant go to ye profyte of ye house be dysposycyon of ye abbot. And for as muche as I was seriaunt v ȝer' I will y^{t} my executours distribut for me iij^{c} marc', y^{t} y^{s} wite euery ȝer' next duyng yn harvest a c marc', whan ye people haue most nede in recompensacyon yf any were mystaken or lathesly deserved. And also I will y^{t} ye Abbey of Dale for ye charg and ye cost y^{t} y^{ei} haue had of me haue xx li. aftur ye forme of a nodour cedule. And also I will y^{t} euery hous of freres of North[ampton] haue a c s. for to pray for me devoutely. And also y gyf to ye reparacyon of Burton' Brygg' xl li. Also y will y^{t} ye persones of Edenham hauen x li. for to dyscharg me anenst God and so y^{t} y^{ei} hold hem content of dymes and of all oyer charges for y^{t} tyme y^{t} I duellyd yere. And also I leue to euery towne yer my lyflode ys a certen comownen good to y^{ls} end purpose, y^{t} ye townes mowen ye bettur beren a charg and help hem selfe in y^{ls} wykkyd world and chargaunt and also for to help her chyrches and ye honeste thereof when nede ys. And also yf any man fall at mycheff of best or of oyer good by fortune w^{t} outen' hys owne defaute or foly for to releue hym of hys losse of sum or of al. And also yf any man of ye towne haue nede for to borugh, y^{t} he may borugh be sufficiant caucyon or oy^{er} sufficient surete of payment ageyn at conable tyme or oy^{er} werkys of mercy and of charite in help of ye townes. And ye folk yerin aftur ye ordinaunce and discrecyon of hem y^{t} chuld gouerne hyt, ye wych gouernaunce I committ to God and to iiij persones or thre or two of ylk towne for her porcyon aftur ye towne ys more or lesse of pepyl wych chul be chosyn be ye towne fro tyme to tyme when nede ys, and amonese hem and charg hem in as muche as in me ys of Goddys behalfe ryght as I do hyt for help of ye townes and y^{t} y^{ei} may ye bettur beren a charg and be holpen w^{t}oute a gret myscheff of yere owne Godys y^{t} y^{ei} besyn hem and done her diligens for to encres w^{t} her labour and travayle be corne or catell or odyr wyse as hem thynkyth best be her discrecyon and as God will send hem grace, takyng yerof her cost skylfully and sauyng ye stok. And y^{t} y^{t} may cum skylfully in as muche as y^{ei} mowen and in case y^{t} y^{ei} taken sum of ye stok for gret necessite y^{t} y^{ei} chapen hem for to restoren aȝen in as muche as y^{ei} mowen skylfully y^{t} y^{t} may endure in help of ye towenes be Goddys grace as my purpose ys y^{t} ys to seyn Stonton for to pray for sur William Barry and for myn to yis purpose

forsayd xx li. and Lathebury for the grette charg y^{t} y^{ei} beren of ye x^{vd} and to all ye purpose forsayd' xx li., Muche Hauedon xx li. whych I will haue gouernours syr Thomas Douce ye vicar y^{t} now ys and William Chepard' Chesyng y^{es} oyer to hem aftur her discrecyon, and Lytyl' Heruedon xx li. of wych I will haue o gouvernour John Fleschewer' takying to hym mo as y^{t} ys forsayd, Ordelyngber' xx li. of ye wych I will haue o gouernour Raulyn Dycon trystyng on hys trewth takyng to hym mo of ye towne os yt ys forsayd, Sadyngton xx li. and euery doughtour of William Vaus to hyr mariage a c marc' wyth help of hyr modyr and oyer frendes and in cace y^{t} any of hem dye on maryed y^{t} her porcyon go to ye remenant on maried while any of hem ys alyue. And also to suy Reynald' vicar of Watford' a c s., to frere Richard Bronby xx s., to frere Thomas Godfrey xx s., to syr Jon Doget, prest, xl s., to syr Thomas Landewath' c s., to syr William Fyssher' xl s., to syr Thomas Gode xl s., to syr William Bylney xl s., to syr Jon Thorp' xx s., [*Folio 76*] to Thomas Marchall' my seruant and chambyrleyn x li., to Jon Coke my seruant c s., to Nycol Dawe c s., to Jon Whyte c s., to Raulyn Dycon c s., to William Lane c s., to Thomas Gedney x li., to Thomas Pratt xx s., to William Caythorp' xx s., to Herry Southwyk xx s., to William Richard' xx s., to John Byllyng xx s., to John Pykworth' xx s., to Thomas Denby xx s. And I will y^{t} hauendelle my siluer vessell and gilt be ordeynt in ye best maner in chaleys and ornamentes most necessary at Lytill' Haruedon and at odyr kyrkes most nedefull yere os my lyfelode ys be discrecyon of myn executours and I will y^{t} my werying clothes be distribut be discrecyon of myn executours and ye furroures be discrecyon of my wyfe. Resudu of my godes mebles my store and oyer thyng I will y^{t} my wyfe hafe of yis will or testament yf nede be. I ordeyn my wyfe chefe executryce, syr Thomas Douce vicar of Haruedon, William Rothwell', Thomas Hayton' and Jon Faukes takyn to euery yche of hem for her trauell x li. Syr Gerard Braybrok' knyght I make my surueyour, in to wytnes of whych I set to my syngnet. And also ouer all thys thynges forsayd I will y^{t} y^{o} Abbey of Sent James haue a c marc' for to pray for me deuoutely, and I will y^{t} ye forsayd c marc' be ordeynd disposed and dispended in ye gret Newerk of y^{o} hous be dysposicion of y^{o} abbot. And also touchyng my will forsayd to leue to euery towne yer my lyuelode ys a certeyn comyn gode, I will y^{t} yt be done in sum townes and in sum nought be dyscrecyon of my executours.

Approbacio eiusdem. Tenore presencium noverint universi quod nos Philippus permissione divina Lincoln' episcopus testamentum nobilis viri domini Willelmi Thyrnyng militis nostre diocesis defuncti presentibus annexum nonnulla bona mobilia et immobilia in diversis diocesibus tempore mortis sue notorie obtinentis, cuius pretextu ipsius testamenti probacio et insinuacio ac pro ipsius vero valore pronunciacio administracionis que bonorum dicti defuncti

commissio sive calculi administracionis huiusmodi reddicio audicio et finalis liberacio ab eadem ad nos tam de iure et nomine ecclesie nostre Lincoln' quam consuetudine laudabili hactenus usitata legitime que prescripta et ad nullum alium iudicem nobis inferiorem de bonis infra nostram iurisdiccionem existencium dinoscuntur notorie pertineri coram nobis exhibitum ac pro bonis memoratis probatum approbavimus et insinuavimus ac pro vero valore eiusdem pronunciavimus administracionem que omnium bonorum dictum defunctum et eius testamentum concernencium et infra iurisdiccionem nostram antedictam existencium executoribus in dicto testamento nominatis commisimus in forma iuris, compoto administracionis huiusmodi in hac parte reddendo nobis specialiter reservato. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' apud Melcheburne xxj^{o} die mensis Julii anno domini millesimo cccc^{mo} xiij^{o}, et consecracionis nostre anno ix^{o}.

Quinto die mensis Augusti anno domini supradicto apud Lydyngton' dicti executores obtinuerunt acquietancia in forma salvo iure cuiuscumque et reservata potestate predictos executores ad execucionem dicti testamenti canonice compellandi.

1413. June 21st, Old Temple. Ratification by Bishop Repingdon of the appropriation of the parish church of Bledlow to the royal free chapel of St. Stephen at Westminster, on the petition of King Henry V. After making full inquiries concerning the inadequate resources of the chapel of St. Stephen, and after consultation with the dean and chapter of Lincoln, the bishop sanctions the appropriation. Part of the revenues of the church are to be set aside for the provision of a perpetual vicar, who is to be responsible for paying episcopal and other dues. An annual payment of forty shillings is to be made to the bishop by the dean of the royal free chapel, and five shillings a year is to be distributed between needy parishioners. Any ambiguities or obscurities in the deed of appropriation are to be referred to the bishop. The deed is drawn up, in the presence of witnesses, by Thomas Hill, notary and scribe.

In an indenture dated June 22nd, 1413, the dean of St. Stephen's chapel undertakes to fulfil the obligations and to pay the required annual sum.

Appropriacio ecclesie parochialis de Bledlowe. Universis sancte matris ecclesie filiis presentes litteras inspecturis et presertim omnibus et singulis quorum interest in hac parte vel quomodolibet poterit interesse, Philippus permissione divina Lincoln episcopus salutem in domino sempiternam. Primi parentis in posteros culpe dirivata contagio' ab excellencia primeve dignitatis humane fragilitatis casum mortalibus cunctis induxit quibus misericordia salvatoris salutifere redempcionis ope subveniens sacramentorum libamina missarum solempnia elemosinarum largiociones et alia

pietatis opera disposuit devocione fidelium excercenda que et sibi cederent ad gloriam unus ad meritum et prestarent suffragia resolutis horum nempe consideracione, excellentissimus in Christo princeps et dominus dominus Henricus quintus dei gracia Rex Anglie et Francie et dominus Hibernie illustrissimus cedula meditacione revolvens et recogitans etatem suam floridam in terrenis et transitoriis sollicitudinibus occupatam affectans que altissimo sacrificium offerre vespertinum ac mundi transcursus in celestia et eterna felici commercio commutare ut ipsius memoria celebrior habeatur nobis iteratis vicibus supplicavit, ut ecclesiam parochialem de Bledlowe nostre diocesis in qua ecclesia venerabiles viri et collegium canonicorum libere capelle regie sancti Stephani in palacio regio apud Westmonasterium ius solidum obtinent patronatus quorum facultates non suppetunt [*Folio 76*v] ad eorum sustentacionem congruam et alia onera eis incumbencia supportanda eisdem capelle decano et collegio ac eorum successoribus, qui pro salubri statu dicti domini Regis dum vixit in humanis ac progenitorum suorum et ipsius cum ab hac luce migraverit animabus secundum fundacionem eiusdem collegii ad fundandum preces et missas celebrandum instituuntur, unire annectere incorporare et in usus eorum proprios concedere perpetuo possidendam dignaremur in divini cultus augmentum ac ipsorum decani et canonicorum uberiorem sustentacionem onerum que eis incumbencium supportacionem et relevamen. Cum sacrorum canonum decreta appropriaciones ecclesiarum piis locis ex causis legitimis promiserunt et promittunt, nos eiusdem domini Regis supplicacionibus animentes super omnibus et singulis prenarratis aliisque in hac parte requisitis cum dilectis filiis decano et capitulo ecclesie nostre Lincoln' tractatum habuimus et fecimus diligentem et solempnem ac solerter inquisivimus inquiri que fecimus super omnibus et singulis articulis memoratis. Et quia ea omnia et singula invenimus veritate fulciri ac vera esse peticionem que dicti excellentissimi principis iuris consonam ac pietatis et equitatis racioni subvixam fore, idcirco de consensu expresso dilectorum filiorum decani et capituli ecclesie nostre Lincoln' predictorum cause cognicione ac aliis solempnitatibus que in concessionibus unionibus et appropriacionibus huiusmodi requiruntur sufficienter prehabitis iuris que ordine in omnibus observato, ad dicti excellentissimi principis rogatum et instanciam omnes et singulas causas predictas, ad faciendum appropriacionem et unionem huiusmodi legitimas iustas pias sufficientes et canonicas fuisse et esse pronunciamus et declaramus ac decernimus, et ad appropriacionem unionem sive annexionem ecclesie parochialis antedicte concurrentibus et servatis omnibus et singulis que de iure in hac parte requiruntur faciendis procedendum fore decernimus, dictamque ecclesiam parochialem de Bledlowe cum suis iuribus et pertinenciis universis de consensu dictorum decani et capituli ecclesie nostre Lincoln' antedicte prefatis capelle decano et collegio et eorum successoribus annectimus

unimus et incorporamus ac in usus eorum proprios auctoritate nostra pontificali concedimus perpetuis futuris temporibus possidendam, salva tamen et reservata ac deducta certa congrua porcione fructuum et proventuum dicte parochialis ecclesie pro sustentacione vicarii perpetui inibi domino servituri per nos et successores nostros ad dictorum decani et collegii presentacionem in ea instituendi per nos taxanda limitanda et assignanda, quam porcionem de dicta appropriacione unione annexione et incorporacione subducimus deducimus et eam sub ipsam nolumus comprehendi, ex qua eciam valeat idem vicarius iura episcopalia persolvere et alia incumbencia onera commode supportare, cuius taxacionem limitacionem et ordinacionem nobis et successoribus nostris secundum iuris exigenciam reservamus. Quibuscumque iuribus episcopalibus sive consuetudinibus libertate honore et officio in ecclesia predicta seu in personis vicariorum huiusmodi qui pro tempore erunt nobis et ecclesie nostre Lincoln' debitis et antiquitus consuetis ac iure omnium et singulorum quorum interest in hac parte in omnibus semper salvis. Indempnitati vero ecclesie nostre Lincoln' predicte ac nostre et successorum nostrorum precavere volentes ac in recompensacionem emolumentorum que nobis obvenirent tempore vacacionis dicte ecclesie parochialis que sic appropriata et possessa imposterum non vacabit pensionem annuam sive censum annum quadraginta solidorum de fructibus redditibus et proventibus dicte ecclesie de Bledlowe per dictos decanum et collegium in festis Michaelis Archangeli et Pasche per equales porciones annis singulis postquam eiusdem ecclesie possessionem adepti fuerint nobis et successoribus nostris sede plena et sede vacante decano et capitulo ecclesie nostre Lincoln' predicte in palacio nostro Lincoln' de dictorum capelle regie decani et collegii expresso consensu reservamus imponimus et indicimus realiter persolvendam. Et quod quinque solidi argenti singulis annis inter pauperes parochianos dicte parochialis ecclesie per dictos decanum et collegium cum possessionem eiusdem ecclesie fuerint nacti distribuant aut distribui faciant ibidem iuxta vim formam et effectum statuti regii noviter editi in hac parte. Volumus insuper et concedimus quod rectore dicti ecclesie de Bledlowe qui nunc est cedente vel decedente seu eam quovis alio modo dimittente liceat dictis decano et collegio per se vel per alium eorum nomine dictam ecclesiam auctoritate presencium libere ingredi et eius corporalem possessionem apprehendere ac fructus redditus et proventus eiusdem parochialis ecclesie omnes et singulos percipere et de eisdem disponere prout eis videbitur expedire salva congrua porcione vicarii ut premittitur nostra seu alterius cuiusque auctoritate vel licencia minime petita vel obtenta. Si quid vero in premissis ambiguum vel obscurum emergere contigerit in futuro illud determinandum [*Folio 77*] supplendum et interpretandum nobis et successoribus nostris specialiter reservamus. In quorum omnium et singulorum testimonium atque fidem presentes litteras

nostras sive presens publicum instrumentum per magistrum Thomam Hill' notarium subscriptum nostrum que in hac parte actorum scribam scribi subscribi et publicari sigilli que nostri appensione iussimus communiri. Data et acta fuerunt hec omnia et singula prout suprascribuntur et recitantur sub anno ab incarnacione domini secundum cursum et computacionem ecclesie Anglie millesimo cccc^{mo} xiij^{o} Indiccione sexta Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Johannis divina providencia pape xxiij anno quarto et mensis Junii die xxj^{o} in capella infra hospicium nostrum apud Vetus Templum London'. Presentibus tunc ibidem venerabilibus viris magistris Thoma Brouns in legibus licenciato Thoma Nassh' in artibus bacallario et Thoma Langham capellano Lincoln' diocesis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Subscripccio notarii. Et ego Thomas Hill' clericus Ebor' diocesis publicus auctoritate apostolica notarius dictique reverendi in Christo patris et domini domini Philippi dei gracia Lincoln' episcopi supradicti in hac parte actorum scriba omnium et singularum causarum predictarum ad faciendum appropriacionem et unionem supradictas legitimarum piarum sufficiencium et causarum pronunciacioni decreto et declaracione huiusmodi que appropriacionis decreto dicte parochialis ecclesie de Bledlowe cum suis iuribus et pertinenciis universis annexioni unioni et incorporacioni ac concessioni certe et congrue porcionis pro vicario futuro in eadem ecclesia reservacioni et subduccioni taxacionis que eiusdem reservacioni prefato que pensionis annue ac quinque solidorum distribucionis reservacioni imposicioni et interdiccioni liberi que ingressus in dictam ecclesiam et eius corporalis possessionis apprehensionis concessioni ambigui que vel obscuri determinacionis et interpretacionis reservacioni, ceteris que premissis dum sic ut premittitur sub anno domini Indiccione Pontificatu mensis die et loco superius per dictum reverendum patrem descriptis et coram eo agerentur et fierent una cum prenominatis testibus presens personaliter interfui, ea que sic fieri vidi et audivi scripsi publicavi et de mandato dicti reverendi patris in hanc publicam formam redegi, signo que et nomine meis solitis et consuetis una cum appensione sigilli dicti reverendi patris de eiusdem mandato signant et me hic subscripsi per partem eciam dictorum decani et collegii rogatus et specialiter requisitus in fidem et testimonium omnium promissorum.

Indentura pro indempnitate ecclesie de Bledlowe. Hec indentura facta inter reverendum in Christo patrem et dominum dominum Philippum dei gracia Lincoln' episcopum ex parte una et discretos viros decanum et collegium libere capelle regie sancti Stephani in palacio regio apud Westmonasterium ecclesiam parochialem de Bledlowe Lincoln' diocesis eis unitam annexam et incorporatam

auctoritate dicti reverendi patris canonice obtinentes ex parte altera, testatur quod prefati decanus et collegium de communi et unanimi consensu et assensu eorundem ad hoc capitulariter congregatorum concurrentibus omnibus in ea parte de iure requisitis pro eo et ex eo quod varia commoda non modica ab ipsa ecclesia de Bledlowe ad episcopos Lincoln' et ecclesiam Lincoln' tam de iure quam de consuetudine laudabili legitime que prescripta temporibus vacacionis dicte ecclesie de Bledlowe et aliis diversis temporibus provenerunt et in eventum proventura fuissent si unio annexio incorporacio sive appropriacio dicte ecclesie de Bledlowe facta non fuisset, quibus ipsi episcopi et ecclesia Lincoln' occasione appropriacionis predicte carebunt verisimiliter in futuris per presens scriptum indentatum se firmiter obligant et astringunt dicto reverendo in Christo patri Philippo episcopo Lincoln' et ipsius successoribus episcopis Lincoln' qui pro tempore fuerint inperpetuum in quadam annua pensione quadraginta solidorum sterlingorum solvenda eisdem episcopis vel eorum procuratoribus seu procuratori in festis Michaelis Archangeli in Septembre et Pasche per equales porciones infra palacium Lincoln' perpetuis temporibus annuatim racione et ex causa indempnitatis supradicte, ac in recompensacionem dampnorum que ex appropriacione antedicta episcopi Lincoln' pro tempore existentes et ecclesia Lincoln' sustinere et verisimiliter pati possent necnon in signum subieccionis ecclesie de Bledlowe memorate sic ut prefertur appropriate ad ecclesiam Lincoln' debite antedictam. Ad quas quidem soluciones singulis annis loco et terminis antedictis bene et fideliter ut premittitur faciendas, dicti decanus et collegium obligant se et successores suas fructusque redditus et proventus dicte ecclesie de Bledlowe, ac omnia bona sua mobilia et immobilia ad dictam capellam regiam pertinencia et spectancia presencia et futura ubicumque fuerint inventa obligant impignorant et ypothecant per presentes. Si vero contingat prefatam ecclesiam de Bledlowe sic ut prefertur unitam annexam et appropriatam imposterum qualitercumque [*Folio* 77^{v}] disappropriari seu appropriacionem huiusmodi cassari sive annullari, vult et concedit prefatus reverendus pater dominus Philippus episcopus predictus pro se et successoribus suis predictis quod extunc prefati decanus et collegium et successores sui ad predictam annuam pensionem quadraginta solidorum minime teneantur, set quod ipse reverendus pater episcopus Lincoln' supradictus et successores sui episcopi Lincoln' ab omni peticione exaccione et vendiccacione dicte annue pensionis quadraginta solidorum exinde perpetuo sint exclusi. Volunt eciam et concedunt per presentes prefati decanus et collegium quod si contingat ipsos vel successores suos in solucione dicte annue pensionis quadraginta solidorum sub modo et forma predictis episcopis Lincoln' pro tempore existentibus loco et terminis antedictis faciendum in parte vel in toto deficere, extunc liceat episcopo Lincoln' qui nunc est et ipsius

successoribus episcopis ibidem qui pro tempore erunt ipsis decano et collegio seu eorum successoribus non vocatis absque aliquo processu iudiciali de fructibus redditibus proventibus et emolumentis quibuscumque ad dictas capellam et ecclesiam de Bledlowe qualitercumque provenientibus eandem pensionem sua propria auctoritate absque cause cognicione et iuris ordine quibuscumque exigere colligere et levare. Ac eciam post lapsum terminorum huiusmodi fructus et proventus ac emolumenta huiusmodi quecumque sequestrare eos que et ea sub tuto et arto tenere servare et custodire sequestro quousque de pensione predicta una cum dampnis arreragiis et expensis si que occasione premissa, idem episcopus et successores sui episcopi incurrerint eisdem per dictos decanum et collegium et suos successores futuros plenarie fuerit satisfactum, predicti que decanus et collegium quibuscumque iuris remediis specialibus vel generalibus et presertim appellacionum querelarum prohibicionum regiarum in integrum restitucionum et aliis quibuscumque tam iuris ecclesiastici quam secularis privilegiis eis et eorum capelle sive collegio quacumque auctoritate concessis ad impediendum seu retardandum solucionem annue pensionis supradicte in parte vel in toto competentibus vel competituris ex certa sciencia renunciant in hiis scriptis. In cuius rei testimonium uni parti huius indenture penes prefatum reverendum patrem dominum Philippum episcopum Lincoln' et successores suos episcopos Lincoln' remanenti prefati decani et collegii sigillum commune est appensum. Alteri vero parti penes dictos decanum et collegium remanenti prefati reverendi patris domini Philippi episcopi Lincoln' predicti sigillum est appensum. Dat' in domo capitulari dictorum decani et collegii in palacio Regis supradicto vicesimo secundo die mensis Junii anno domini millesimo cccc^{mo} xiij^{o}, et anno regni Regis Henrici quinti post conquestum primo.

1413. June 10th, Old Temple. Ordinance for the change of the date of the patronal festival at the parish church of St. Mary's, Conington, near Sawtry.

Mutacio dedicacionis ecclesie de Conyngton'. Philippus permissione divina Lincoln' episcopus dilectis filiis rectori et parochianis universis ecclesie parochialis beate Marie de Conyngton' iuxta Sautre nostre diocesis salutem graciam et benediccionem. Quia festum dedicacionis dicte ecclesie vestre tercio die proximo post festum Assumpcionis beate Marie sub cuius vocabulo eadem ecclesia dedicatur celebrari solebat quod propter solempnitatem eiusdem festi Assumpcionis et octabi eiusdem nequit dicto tempore cum reverencia debita celebrari sunt super hoc nobis est sufficiens facta fides, nos ex premissis et aliis causis legitimis excitati celebracionem festi dedicacionis eiusdem die dominica dicti festi Assumpcionis octabi immediate sequente statuimus perpetuis futuris temporibus in dicta ecclesia vestra solempniter fore

celebrandum. Vobis iniungimus et mandamus ut idem dedicacionis festum dicte die dominica decetero cum debita reverencia celebretis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' in hospicio nostro apud Vetus Templum London' x^{mo} die mensis Junii anno domini millesimo cccc^{mo} xiij^{o}, et consecracionis nostre anno ix^{o}.

1413. July 21st. Licences for the private celebration of divine services to Thomas Fotheringay of Turvey and to Thomas Woodhill of Odell.

Vicesimo primo die mensis Julii anno domini millesimo cccc^{mo} xiij^{o} apud Melcheburn' concessa fuit licencia Thome Fotheryngeye et Agneti uxori eius quod possunt facere celebrari infra manerium suum de Turvey quam diu domino placuerit.

Eisdem die et loco concessa fuit consimilis licencia Thome Wodehull' et Elizabethe eius uxori quod possunt facere celebrari infra manerium suum de Wodehull' quam diu domino placuerit.

1413. August 6th, Sleaford. Dispensation by direction of the papal penitentiary to John Gladwin of Doddington, near Long Bennington, and Joan Hawnsoll' of Stubton, that they may contract matrimony although they are related within the fourth degree of consanguinity.

Gladwyn' et Hawnsoll' dispensacio. Memorandum quod sexto die mensis Augusti anno domini millesimo cccc^{mo} xiij^{o} apud Sleford' reverendus in Christo pater et dominus dominus Philippus dei gracia Lincoln' episcopus auctoritate litterarum reverendi patris domini Petri miseracione divina episcopi Tusculan' dispensavit cum Johanne Gladwyn' de Dodyngton' iuxta Langbenyngton' laico et Johanna Hawnsoll' de Stubton' muliere Lincoln' diocesis quod non obstante quod in quarto et quarto gradibus consanguinitatis sunt coniuncti possunt matrimonium inter se libere contrahere et in eo postquam contractum fuerit licite remanere prolem ex huiusmodi matrimonio suscipiendam legitimam nunciando causis per ipsos Johannem et Johannam in hac parte allegatis per eundem reverendum patrem primitus approbatis.

1413. August 11th, Sleaford. Letters dimissory to Thomas Wright (Wryght) of Boston, clerk, [*Folio 78*] to all orders. [B.]

1413. August 12th, Sleaford. Letters dimissory to Hugh of Swaby, clerk, to all orders. [B.]

1413. August 15th, Sleaford. Licence to John Plummer, vicar of St. Mary's, Oxford, to preach in the archdeaconry of Oxford, during the bishop's pleasure.

xv^{to} die mensis Augusti anno domini ut supra ibidem concessa fuit licencia magistro Johanni Plomer' in artibus magistro vicario perpetuo ecclesie parochialis beate Marie Oxon' quod possit predicare verbum dei infra archidiaconatum Oxon' dumtaxat quam diu domino placuerit etc. ut in forma.

Same date and place. Letters dimissory to Robert Doube, having the first tonsure, to all orders. [B.]

1413. Testament of John Tyndale, lord of Deene. Dated July 17th. Proved before Bishop Repingdon at Sleaford on August 25th.

Testamentum Johannis Tyndale.[1] In dei nomine amen. Die lune in festo sancti Kenelmi martiris anno regni Regis Henrici quinti primo, ego Johannes Tyndale dominus de Deen' compos mentis et memorie condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego et commendo animam meam deo beate Marie et omnibus sanctis et corpus meum ad sepelliendum in ecclesia parochiali de Deen'. Omnia vero bona mea mobilia et catalla lego Johanne uxori mee Ricardo rectori de Peykyrke et Roberto Ward' capellano de Corby ut ipsi inde primo et principaliter omnia debita mea in quibus legitime teneor fideliter et integre persolvant et de residuo faciant et disponant pro anima mea in missis et aliis piis operibus caritatis prout ipsi melius et salubrius viderint deo placere et saluti anime mee proficere et expedire. In cuius rei testimonium sigillum meum apposui. Dat' apud Deen' die supradicto anno domino millesimo cccc^{mo} xiij^{o}, hiis testibus Johanne Alcyrk capellano Henrico Lane capellano Johanne Deynys Willelmo Presgrave Willelmo Jonsone et aliis.

Approbacio eiusdem. Tenore presencium noverint universi quod nos Philippus permissione divina Lincoln' episcopus testamentum dilecti dum vixit in Christo filii Johannis Tyndale domini de Deen' nostre diocesis defuncti coram nobis exhibitum et presentibus annexum nonnulla bona mobilia et immobilia in diversis diocesibus tempore mortis sue notorie obtinentis, cuius pretextu ipsius testamenti probacio et insinuacio ac pro ipsius vero valore pronunciacio administracionisque bonorum ipsius defuncti infra nostram iurisdiccionem existencium, commissio compoti sive calculi administracionis huiusmodi audicio et finalis executorum suorum liberacio ad nos tam de iure et nomine ecclesie nostre Lincoln' quam consuetudine laudabili hactenus usitata et legitime prescripta dinoscitur pertinere coram nobis sufficienter probatum approbavimus et insinuavimus ac pro valore eiusdem pronunciavimus. Administracionemque omnium bonorum dictum defunctum et eius testamentum concernencium infra nostram diocesim existencium dominis Ricardo rectori de Peykyrk' et Roberto Ward' de Corby

[1] Abstract in *Linc. Wills*, p. 142.

capellano executoribus in dicto testamento nominatis commisimus in forma iuris iuratis, potestate consimilem administracionem Johanne relicte eiusdem defuncti executrici in eodem testamento nominate committendi cum eam recipere voluerit compotumque calculum et raciocinium administracionis huiusmodi audiendi nobis specialiter reservatis.[1] In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' apud Sleford' xxv^{to} die mensis Augusti anno domini millesimo cccc^{mo} terciodecimo, et consecracionis nostre anno nono.

1413. August 26th, Newbo. Grant by the abbot of Newbo of an annual payment of 53s. 4d. to John Walleys, chaplain, during his lifetime. The sum is to be paid yearly, in four instalments, from the revenues of the abbey's estates in Lincolnshire.

Carta annuitatis domini Johannis Walleys capellani. Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, Johannes abbas monasterii beate Marie de Newbo et eiusdem loci conventus ordini Premonstratensis Lincoln' diocesis salutem in domino sempiternam. Sciatis quod nos abbas et conventus predicti unanimi nostro consensu et assensu dedimus concessimus et in hac presenti carta nostra confirmavimus domino Johanni Walleys capellano quandam annuam pensionem sive annuum redditum quinquaginta trium solidorum et quatuor denariorum monete Anglicane exeuntem de omnibus maneriis grangiis et tenementis nostris in comitatu Lincoln', et precipue de maneriis et grangiis de Alyngton' iuxta Segbroke et de Berughby iuxta Grantham et de Dunesby iuxta Lesyngham et de omnibus pertinenciis eorundem ad terminum vite ipsius Johannis Walleys, solvendam annuatim eidem Johanni Walleys vel eius assignatis apud Lincoln' ad quatuor anni terminos per equales porciones, videlicet in festo sancti Michaelis Archangeli proximo futuro post datam confeccionis presencium tresdecem solidos et quatuor denarios, et in festo Natalis domini tunc proximo sequente xiij solidos et quatuor denarios, et in festo Pasche tunc proximo sequente xiij s. iiij d., et in festo Nativitatis sancti Johannis Baptiste extunc proximo sequente xiij s. et iiij d. Ad cuius quidem annui redditus predicti sive annue pensionis quinquaginta trium solidorum et quatuor denariorum solucionem dicto domino Johanni Walleys durante vita eiusdem domini Johannis loco et festis predictis bene et fideliter ut premittitur faciendam obligamus nos et successores nostros, ac omnia bona et catalla nostra et successorum nostrorum [*Folio 78*^{v}] mobilia et immobilia presencia et futura ubicumque inventa fuerint et in quorumcumque manibus extiterint firmiter per presentes. Et si contingat nos abbatem et conventum vel successores nostros in dicta solucione ad aliquem terminum superius nominatum deficere per quindecem

[1] *Sic.*

dies quod absit, extunc solvere teneam prefato domino Johanni Walleys aut eius assignatis duplum illius summe sic aretro existentis et sic de termino in terminum quociens et quando aliquam solucionem predictam quinquaginta trium solidorum et quatuor denariorum aretro fore contigerit non solutam durante vita ipsius domini Johannis Walleys. Et nos predicti abbas et conventus concedimus pro nobis et successoribus nostris per presentes propter eandem summam una cum arreragiis ut in omnibus maneriis sive in grangiis terris et tenementis nostris supradictis et in eorum pertinenciis per se ministrum vel ministros et deputatos suos distringere et districciones fugare abducere importare et retinere quousque eidem domino Johanni Walleys tam de summa debita quam de pena dupli et earum arreragiis dampnis et expensis plenarie fuerit satisfactum. Et nos predicti abbas et conventus prefato domino Johanni Walleys predictum annuum redditum sive annuam pensionem quinquaginta trium solidorum et iiij^{o} denariorum ad totam vitam suam contra omnes gentes warantizabimus et defendemus. Et insuper pro seisina dicti annui redditus quinquaginta trium solidorum et quatuor denariorum per solucionem unius denarii dicto domino Johanni Walleys attornavimus et possessionem inde ei fieri fecimus corporalem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus apposimus. Dat' in domo nostra capitulari apud Newbo predicta vicesimo sexto die Augusti anno domini millesimo cccc^{mo} xiij^{o}, et anno regni Regis Henrici quinti post conquestum Anglie primo.

1413. September 6th, Sleaford. Letters dimissory to Thomas Hunston, acolyte, to all orders. [B.]

1413. Testament of Henry, Lord Beaumont, of Folkingham. Dated June 14th. Proved before Bishop Repingdon at Sleaford on September 10th.

Testamentum domini de Bello Monte.[1] In dei nomine amen. Ego Henricus de Bello Monte dominus de Folkyngham compos mentis et sane memorie xiiij^{to} die mensis Junii anno domini millesimo cccc^{mo} xiij^{o}, et anno regni Regis Henrici quinti post conquestum Anglie primo, condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo omnipotenti beate Marie virgini et omnibus sanctis, eius corpus que meum sepelliendum in ecclesia conventuali de Sempyngham. Item lego nomine mortuarii mei unum optimum equum meum cum toto apparatu sibi conveniente pertinenti. Item volo quod omnes terre et tenementa existencia in manibus feoffatorum meorum prout patet per certas cartas inde confectas in eorundem manibus remaneant pro solucionibus debitorum meorum plenarie faciendis quibus solutis. Volo quod

[1] Abstract in *Linc. Wills*, p. 111.

predicte terre et tenementa remaneant ulterius in manibus predictorum feoffatorum meorum pro maritagiis omnium filiarum mearum iuxta disposicionem executorum meorum faciendis. Item volo quod istis dictis plenarie completis quod seisina et plena possessio manerii et dominii mei de Thorp' in Balme in comitatu Ebor' Henrico filio meo et heredibus legitimis exeuntibus de corpore suo plenius deliberetur. Et si contingat predictum Henricum filium meum sine heredibus de corpore suo legitimis procreatis obire quod absit quod predicta manerium et dominium heredibus meis integre reservetur.[1] Item lego Elizabethe consorti mee terciam partem omnium aliorum bonorum meorum mobilium ubicumque fuerint inventa. Item lego Thome fratri meo unum equum. Item lego Ricardo fratri meo unum equum. Item lego Roberto Horneby armigero x libras. Item lego Willelmo Castell' c s. Item lego Johanni Hertyll' lxvj s. viij d. Item lego cuilibet vadletto meo in hospicio meo commoranti xxvj s. viij d. Item lego cuilibet garcioni in dicto hospicio meo commoranti xiij s. iiij d. Huiusmodi testamenti executores ordino et constituo dilectos michi in Christo Thomam Enderby Thomam Holme Willelmum Wilde armigeros et Robertum Godebowe, quibus do et lego residuum omnium aliorum bonorum meorum ut ipsi pro anima mea disponant prout eisdem melius videbatur expedire. Insuper supervisores ipsorum executorum meorum ordino et constituo Willelmum Ros dominum de Hamelacu et Elizabetham dilectam meam uxorem. In cuius rei testimonium hiis scriptis sigillum meum apposui. Dat' London' in hospicio meo die et anno supradictis.

Approbacio eiusdem. Decimo die mensis Septembris anno domini supradicto apud Sleford' coram reverendo in Christo patre et domino domino Philippo dei gracia Lincoln' episcopo exhibitum et probatum testamentum fuit supradictum tanquam habentis bona in diversis diocesibus secundum formam in talibus usitatem et per dictum reverendum patrem approbatum insinuatum et pro valore eiusdem testamenti pronunciatum commissaque fuit administracio bonorum dicti defuncti infra diocesim Lincoln' tempore mortis sue existencium Roberto Godebowe executori predicto in forma iuris iurato, potestate committendi consimilem administracionem ceteris coexecutoribus cum eam admittere voluerint ac compoto administracionis huiusmodi eidem reverendo patri reservatis.

[*Folio 79*]

1412/13. February 7th, York. Petition to Bishop Repingdon to confirm the agreement between the prior and convent of Holy Trinity, York, patrons of the parish church of West Rasen in the diocese of Lincoln, and Thomas Wardrober, rector of West Rasen,

[1] *Sic.*

concerning the annual payment to the priory of the sum of twenty marks, to which the prior is entitled in accordance with law and custom. Thomas Wardrober has notified the prior that he is no longer able to make the full payment, owing to diminishing resources which are insufficient for his maintenance and expenses, and it has been agreed that the annual payment shall be reduced to ten marks.

After an investigation into the circumstances of the case, the agreement is ratified by Bishop Repingdon on September 14th, 1413, at Sleaford, and is attested by Thomas Colston.[1]

West rasyn composicio cum priore sancte Trinitatis Ebor'. Noverint universi Christi fideles has litteras indentatas ad perpetuam rei memoriam in publicum hic redactas visuri vel audituri, quod cum nuper controversia mota fuisset inter religiosos viros priorem et conventum prioratus sancte Trinitatis Ebor' a maiori monasterio Turon' dependentis olim ecclesiam parochialem de Westrasyn' Lincoln' diocesis in proprios usus canonice obtinentes, nunc eiusdem ecclesie patronos partem actricem ex parte una, ac dominum Thomam Wardroper rectorem dicte ecclesie de Westrasyn' partem ream ex altera, de et super solucione cuiusdam annue pensionis viginti marcarum dictis religiosis viris solvendarum apud Ebor' ad festa Pentecostes et sancti Martini in yeme per equales porciones, que pensio debita dictis religiosis viris soluta fuit et solvi consuevit per decem viginti triginta et quadraginta annos ac per tempus et tempora cuius contrarii hominum memoria non existit a rectoribus dicte ecclesie qui pro tempore fuerunt retroactis temporibus usque ad tempus dicti domini Thome Wardroper rectoris qui pro nunc est, pretextu cuiusdam composicionis inter quendam dominum Thomam Monkegate, olim rectorem dicte ecclesie, ac predictos priorem et conventum super quadam lite inter eosdem Thomam Monkegate et dictos priorem et conventum inite super duabus partibus garbarum decimalium de prefata ecclesia ac in et infra dictam parochiam proveniencium, quas dicti prior et conventus ex continuacione longi temporis prescriptibilis pacifice quiete et inconcusse allegabant se possedisse et ad se pertinere pertinereque debere. Que composicio et finalis concordia fuit quod predictus Thomas Monkegate et successores sui dicte ecclesie rectores prefatas duas partes garbarum haberent perpetuo ad firmam de dictis religiosis viris nomine eorundem et domus sive prioratus sui sancte Trinitatis antedicte pro viginti marcis annue pensionis solvendis annuatim terminis et loco supradictis, tandem pro bono pacis et eorum utilitate non modica et quiete prefate partes de consilio iurisperitorum eis assistencium quamplurimorum quandam composicionem realem [mitterunt], videlicet quod predicti prior et conventus pro se et successoribus suis tradiderunt concesserunt et ad firmam dimiserunt perpetuam prefato domino Thome Wardroper rectori ecclesie

[1] On October 15th, 1424, Thomas Wardrober exchanged the living of West Rasen for the living of Wimpole in the diocese of Ely. *Reg. Chichele*, I, p. 330.

parochialis de Westrasyn' predicta et successoribus suis predictis, duas partes garbarum decimalium de quibus superius plenius facta est mencio pro eo quod ipsa ecclesia adeo in fructibus et proventibus eiusdem diminuta quod vix sufficiunt ad rectoris eiusdem sustentacionem et onerum eidem ecclesie incumbencium supportacionem pro decem marcis annuatim solvendis eisdem priori et conventui et eorum successoribus in perpetuum apud Ebor' ad festa Pentecostes et sancti Martini in yeme per equales porciones proxima futuro post datam presencium vel infra mensem quemlibet terminum solucionis huiusmodi immediate sequentem. In qua quidem solucione perpetuis temporibus terminis et loco predictis fienda si prefatus Thomas Wardroper rector antedictus et successores sui qui pro tempore erunt deficerent, vult et concedit prefatus Thomas Wardroper pro se et successoribus suis quod extunc liceat prefatis priori et conventui predictas duas partes garbarum sibi et successoribus suis percipere et habere ultra viginti marcas nomine pene a predicto Thoma et successoribus suis pro illo anno quo in solucione dictarum decem marcarum defecerint exigend' subiecit et submisit se eciam Thomas Wardroper qui pro nunc est pro se et successoribus suis examini cohercioni et districcioni cuiuscumque iudicis ecclesiastici vel secularis pro voluntate prioris et conventus dicti prioratus pro tempore existencium elegendi, ut ipsi iudices dictum Thomam Wardroper rectorem antedictum et successores suos ad solucionem dicte annue pensionis et penarum predictarum necnon dampnorum expensarum et interesse si que occasione prefate pensionis suis terminis et loco non solute dicti prior et conventus incurrerint quovismodo ad quam quidem solucionem sic ut prefertur faciendam iidem iudices sic ut premittitur per dictos priorem et conventum aut successores suos electi summarie de plano de die in diem absque strepitu iudiciali per quascumque censuras ecclesiasticas et alias penas legitimas possunt et debeant ipsum Thomam Wardroper rectorem modernum et successores suos futuros rectores ecclesie memorate compellere et cohercere. Renunciavit insuper prefatus dominus Thomas Wardroper rector predictus pro se et successoribus suis omni excepcioni quod motus causa doli mali fraudis circumvencionis et decepcionis cuiuscumque ac omnibus excepcionibus iuris et facti ac cavillacionibus defencionibus et cautelis necnon iuris canonici aut civilis remediis quibuscumque per quas seu per que premissa vel eorum aliquod poterunt [*Folio 79v*] seu poterit impediri quomodolibet vel deferri et specialiter decenti generalem renunciacionem non valere nisi procedat specialis. Et quia huiusmodi composicio realis sine assensu et voluntate loci diocesani et aliorum quorum interest rebus perpetuo firmitatis habere non poterit partes prefate volunt et concedunt quod reverendo in Christo patri domino episcopo Lincoln' loci diocesano cum omni spiritu humilitatis peticio porrigatur et fiat .....[1] cum omni humilitate et reverencia eodem partes

[1] Illegible.

supplicant cum effectum ut in dicte composicionis confirmacionem et perpetuam firmitatem suum consensum et assensum auctoritate sua ordinaria graciose digneretur prestare eius paternitas reverenda. In quorum omnium et singulorum testimonium atque fidem sigilla partium predictarum presentibus litteris indentatis alternatim sunt appensa. Dat' Ebor' septimo die mensis Februarii anno domini millesimo cccc^{mo} xij^{mo}, et regni Regis Henrici quarti post conquestum Anglie quarto decimo.

Sancte matris ecclesie filiis universis presentes litteras nostras seu presens publicum instrumentum inspecturis, Philippus permissione divina Lincoln' episcopus salutem et fidem certam et indubiam presentibus adhibere. Nuper in nostra presencia constituti religiosi viri prior et conventus prioratus sancte Trinitatis Ebor' a maiori monasterio Turon' dependentes olim ecclesiam parochialem de Westrasyn' nostre Lincoln' diocesis in proprios usus suos canonice ut asserunt obtinentes nunc vero eiusdem ecclesie de Westrasyn' patroni per Nicholaum Newerk clericum sufficientem eorum procuratorem sufficientem ad infrascripta constitutum ex parte una et dominus Thomas Wardroper rector dicte ecclesie parochialis de Westrasyn' per magistrum Robertum de Stretton' clericum suum procuratorem sufficientem eciam in hac parte constitutum ex altera, quandam composicionem realem de et super tradicione concessione et dimissione ad firmam perpetuam duarum partium decimarum garbarum dicte ecclesie ac solucionis cuiusdam annue pensionis infrascriptarum inter partes predictas initam atque factam ac inter partes easdem indentatis sigillis que suis pendentibus hincinde sigillatam coram nobis produxerunt et exhibuerunt, quarum quidem indenturarum tenor talis est et sequitur in hec verba. Noverint etc. ut supra. Affectantes ut asseruerunt et a nobis humiliter petentes et instancius supplicantes quod cum premissa composicio sit iuri consona ac ad evidentem utilitatem tam dictorum religiosorum et prioratus sui predicti quam predicti rectoris et ecclesie sue sepedicte, tendat manifeste quatinus super deductis in composicione predicta ordinaremus et statueremus auctoritate nostra pontificali prout in ipsa composicione est deductum, et premissam composicionem auctoritate nostra predicta ipsam recipienda et approbanda ex certa sciencia approbaremus et confirmaremus ac ipsam iuri consonam fore servandam pronunciaremus perpetuis temporibus duraturam. Nos vero huiusmodi supplicacionem acceptantes super contentis in ipsa composicione deliberacione sufficienti cause que cognicione que in huiusmodi negociis fieri de iure requiruntur, prehabitis vocatis eciam omnibus quorum interest vel interesse poterit in hac parte et ad premissa consencienter Christi nomine invocato ad confirmacionis composicionis huiusmodi ut realis permaneat procedimus in hunc modum. In dei nomine amen. Nos Philippus permissione divina Lincoln' episcopus, quia inspecta per nos composicione predicta, invenimus per acta et actitata producta et exhibita coram nobis

in negocio predicta asserta et suggesta fore vera premissam que composicionem fore iuri consonam ac in evidentem utilitatem tam dictorum religiosorum et prioratus sui predicti quam dicti rectoris et ecclesie sue predicte tenderi manifeste ipsam concordiam sive composicionem inter partes predictas initam atque factam propter bonum pacis et quietis ad ipsarum partium peticionem instantem de consilio iurisperitorum nobis assidencium pronunciamus iustam canonicam et iuri consonam et eandem auctoritate nostra ordinaria et pontificali ex certa nostra sciencia ratificamus et confirmamus, decernentes ipsam concordiam sive composicionem futuris temporibus imperpetuum valituram per nostrum decretum finaliter et diffinitive in hiis scriptis. In quorum omnium et singulorum testimonium atque fidem presentes litteras nostras seu presens publicum instrumentum per Thomam Colston' auctoritate apostolica notarium publicum nostrum in hac parte actorum scribam scribi publicari et in hanc publicam formam redigi sigilli que nostri ad causas appensione iussimus communiri. Data et acta fuerunt hec in capella infra castrum nostrum de Sleford' nostre Lincoln' diocesis sub anno ab incarnacione domini secundum cursum et computacionem ecclesie Anglicane millesimo cccc^{mo} xiij^{o} Indiccione sexta Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Johannis divina providencia pape xxiij anno quarto mensis Septembris die xiiij^{o}, presentibus tunc ibidem venerabilibus et discretis viris magistris Thoma Brouns [*Folio 80*] licenciato et David Pryce bacallario in utraque iure domino Thoma Nassh' rectore ecclesie parochialis de Mydlyngton' et Willelmo Aylyf clerico Sarum Meneven' et Lincoln' diocesium testibus vocatis et rogatis specialiter ad premissa.

Et ego Thomas Colstone clericus Lincoln' diocesis publicus auctoritate apostolica notarius dictique reverendi in Christo patris et domini domini Philippi dei gracia Lincoln' episcopi supradicti in hac parte actorum scriba premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur sub anno domini Indiccione Pontificatu mense die et loco proximis supradictis per dictum reverendum patrem episcopum Lincoln' et coram eo agebantur et fiebant, una cum prenominatis testibus presens personaliter interfui, ea que omnia et singula sic fieri vidi et audivi et de mandato eiusdem reverendi patris scripsi publicavi et in hanc publicam formam redegi me que hic subscripsi ac signo et nomine meis solitis et consuetis una cum appensione sigilli ad causas dicti reverendi patris signam eciam rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Procurator pro parte rectoris de Westrasyn'. In dei nomine amen. Per presens publicum instrumentum constet omnibus manifeste, quod anno domini millesimo cccc^{mo} xiij^{o} mensis Aprilis die xiiij Indiccione sexta Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Johannis pape vicesimi tercio anno tercio, in aula rectorie ecclesie parochialis de Westrasyn', presentibus

testibus subscriptis ac me notario publico discretus vir Nicholaus Newerk presbyter Ebor' diocesis coram domino Thoma Wardroper rector eiusdem ecclesie de Westrasyn' Lincoln' diocesis quandam palam publice et aperte legit eo qui sequitur sub tenore. Cum nuper inter religiosos viros Johannem de Castello priorem et conventum prioratus sancte Trinitatis Ebor' ordinis sancti Benedicti a maiori monasterio dependentis patronum ecclesie parochialis de Westrasyn' Lincoln' diocesis predicte et eius conventum ex una et discretum virum dominum Thomam Wardroper rectorem dicte parochialis ecclesie ex parte altera gravis mota fuisset materia questionis pro eo et ex eo, quod dicti prior et conventus petebant de rectore predicto quamdam annuam pensionem viginti marcarum quam ut dicti prior et conventus asseruerunt percipent et percipere et habere deberent ut de iure prioratus sui predicte singulis annis imperpetuum apud Ebor' ad festa Pentecostes et sancti Martini in yeme equis porcionibus de ecclesia parochiali predicta, quam si rector qui pro tempore foret dicte parochialis ecclesie solvere recusaret, tunc prior et conventus predicte perciperent et haberent prout de iure monasterii sui percipere et habere deberent duas partes garbarum decimalium dicte parochialis ecclesie ut asseruerunt. Et quia dictus rector propter gravem deterioracionem ecclesie sue quam allegavit et asseruit tantam pensionem solvere non potuit ac insuper impedivit dictos priorem et conventum percipere duas partes garbarum superius memorate, idcirco dicti prior et conventus traxerunt in eandem rectorem predictum tandem communibus intervenientibus amicis questio predicta in hunc modum amicabiliter est sopita, videlicet, quod dictus rector pure sponte et absolute non vi vel metu coactus seu dolo aut fraude inductus sed ex sua mera et spontanea voluntate ac certa sciencia et deliberato proposito nomine dictarum duarum garbarum et pro ipsis quas dicti prior et conventus in casum et eventum non solucionis pensionis predicte ad se et prioratum suum asserunt pertinere obtulit dixit voluit et recognovit pro se et successoribus suis infuturum dicte parochialis ecclesie rectoribus ecclesiam suam predictam esse et esse debere pensionariam realiter in decem marcis sterlingorum solvendum apud Ebor' in festis Pentecostes et sancti Martini in yeme equalibus porcionibus priori et conventui qui pro tempore dicti prioratus fuerint inperpetuum, prior vero predictus attenta deterioracione dicte parochialis ecclesie de qua superius memoratur, dixit pro se et conventu suo et eorum successoribus in futurum quod pro bono pacis voluit non obstante deterioracione prioratus sui contentari de dicta pensione decem marcarum sibi et successoribus suis ad terminos et locum prescriptos effectualiter persolvenda, necnon quod ipse et successores sui desistent a peticione seu exaccione pensionis viginti marcarum ac duarum partium garbarum decimalium dicte parochie superius memoratarum dumtaxat quamdiu ipsa pensio decem marcarum loco et terminis superius descriptis

fuerit sibi et successoribus suis debite et fideliter persoluta. Qua in concordiam effectualiter perficere fateri et recognoscere dictus rector quantum ad ipsum pertinet coram quibuscumque iudicibus ordinariis vel delegatis tam publice quam occulte bona fide promisit necnon consen [*Folio 80*^{v}] tire omnium securitati faciendum tam in foro spirituali quam seculari si necessitas exigerit ad expensas dicti prioris circa huiusmodi securitatem faciendas. Dicta cedula sic perlecta, prefatus Thomas rector dixit se plene intellexisse contenta in eadem ac ipsa omnia et singula esse vera ut asseruit. Et statim sine temporis intervallo ad deducendum ad finem debite prefatam concordiam dominum Robertum Atvicars rector ecclesie parochialis de Toftnewton' magistrum Robertum Stretton' Thomam Coleston' et Thomam Hill' clericos et Laurencium Schout alias Clerk de Westrasyn' laicum coniunctim et eorum quemlibet divisim, ita quod non sit melior condicio occupantis set quod unus eorum inceperit quilibet eorundem licite mediare valeat et finire suos et ecclesie sue predicte veros et legitimos procuratores negociorum gestores et nuncios speciales fecit ordinavit et constituit deditque et concessit idem constituens dictis procuratoribus suis et eorum cuilibet potestatem generalem et mandatum generale et speciale nomine suo et ecclesie sue predicte dictam concordiam coram quibuscumque iudicibus ecclesiasticis et secularibus si necesse fuerit agnoscendum confirmacionem ipsius concordie petendum et obtinendum iuramentum de calumpnia et veritate dicendum ac quodlibet aliud genus liciti sacri circa premissa requisita et ea tangencia in animam suam presentandum se et ecclesiam suam predictam ad observanciam prefate concordie submittendum et obligandum, omnia que alia et singula faciendum et excercendum et expediendum que premissa vel circa ea fuerint quomodolibet oportuna, eciam si mandatum exigant speciale promittentes se ratum et gratum perpetuis temporibus habiturum quicquid dicti procuratores sui vel eorum quilibet fecerit seu fecerint nomine sue et ecclesie sue predicte in aliquo premissorum. Acta sunt hec prout suprascribuntur et recitantur sub anno Indiccione Pontificatu mense die et loco predictis, presentibus discretis viris Roberto Bolton' Thoma Halyday et Thoma Much' de Westrasyn' Lincoln' diocesis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Willelmus de Cayngham clericus Ebor' diocesis publicus auctoritate apostolica notarius premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur agebantur et fiebant una cum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi publicavi et in hanc publicam formam redegi, signo nomine que meis solitis et consuetis signavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Procurator pro parte prioris sancte Trinitatis Ebor'. Noverint universi nos Johannem de Castello priorem prioratus sancte Trinitatis Ebor' ordinis sancti Benedicti et eiusdem loci

conventum de nostro unanimi consensu et assensu dilectos nobis in Christo magistrum Willelmum Cayngham clericum publicum auctoritate apostolica notarium Nicholaum Newerk presbyterum Willelmum Hawke et Johannem Bagheley clericos Ebor' diocesis coniunctim et eorum quemlibet per se et divisim nostros et prioratus nostri predicti veros et legitimos procuratores negociorum gestores et nuncios speciales fecisse ordinasse et constituisse per presentes, dantes et concedentes dictis procuratoribus nostris et eorum cuilibet potestatem generalem et mandatum generale et speciale nomine nostro et prioratus nostri predicti agendum defendendum excipiendum replicandum litem contestandum et specialiter quandam concordiam inter nos et discretum virum dominum Thomam Wardroper rectorem ecclesie parochialis de Westrasyn' Lincoln' diocesis initam de et super quadam pensione annua viginti marcarum per nos et predecessores nostros a rectore predicte et eius precessoribus et predecessoribus dicte ecclesie parochialis rectoribus ut de iure ad prioratum nostrum predictum spectant debita ac per nos variis causis ad nos moventibus sponte et voluntarie minorata prosequendum eiusdem que concordie confirmacionem penes reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Philippum permissione divina Lincoln' episcopum ac honorabile capitulum ecclesie sue Lincoln' prosequendum, eiusdem que concordie confirmacionem petendum et obtinendum testes litteras et instrumenta ac alia quecumque probacionum genera ad probacionem ipsius concordie faciendum producendum iuramentum de calumpnia et veritate dicendum ac quodlibet aliud genus liciti sacramenti in animas predictas prestandum. Necnon omnia et singula faciendum gerendum et expediendum que circa premissorum aliquid fuerint oportuna, eciam si mandatum exigant speciale promittentes nos ratum et gratum perpetuis temporibus habituros quicquid dicti procuratores nostri vel eorum aliquis fecerint seu fecerit nomine nostro in aliquo premissorum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat' in domo nostra capitulari prioratus predicti duodecimo die mensis Februarii anno domini millesimo cccc^{mo} duodecimo.

[*Folio 81*]

Endowment of a chantry in Chalgrave parish church in memory of Robert Braybrooke, late bishop of London, and Nigel Loring, knight.[1]

1409. August 8th. Notification by Pope Alexander V to Archbishop Arundel that he has received a petition from the executors of the late Robert Braybrooke, proposing the endowment of a chantry at Chalgrave, under royal licence, with the fruits of Offley parish church. The pope directs Archbishop Arundel to ratify the appropriation of Offley church for this purpose and to

[1] *Supra*, I, p. xxxi. Robert Braybrooke was bishop of London from 1382 to 1404.

provide for the drawing up of statutes to regulate the duties and conduct of the chantry chaplains.[1]

1409/10. March 8th. Archbishop Arundel directs his official, Henry Ware, to execute the papal mandate, and on April 29th, 1410, the bishop, dean and chapter of Lincoln, the archdeacon of Huntingdon, and the rector and vicar of Offley are cited to appear, in person or by proctor, at St. Mary of the Arches, London, for a full investigation into the circumstances of the case. After the archbishop has confirmed the foundation of the chantry, and detailed statutes have been drawn up, the foundation is ratified by Bishop Repingdon on March 24th, 1412/13.

Ordinacio cantarie in ecclesia parochiali de Chalgrave.[2] [*Folio 82*]. Universis sancte matris ecclesie filiis presentes litteras inspecturis, nos Thomas permissione divina Cantuarien' archiepiscopus tocius Anglie primas et apostolice sedis legatus executor sive iudex delegatus unicus ad infrascripta a sede apostolica deputatus salutem et ad perpetuam rei memoriam fidem indubiam presentibus adhibere. Noverit universitas vestra quod nos aliis arduis negociis impediti quominus in negocio infrascripto nobis a sede apostolica in forma inferius descripta commisso in propria persona nostra procedere potuimus negocium ipsum sub modo et forma infrascriptis. Dilecto in Christo filio magistro Henrico Waare Curie nostre Cantuarien' officiali commisimus prout ex litteris commissionis nostre sibi in hac parte facte clare liquet quarum tenor sequitur in hec verba. Thomas permissione divina Cantuarien' archiepiscopus tocius Anglie primas et apostolice sedis legatus iudex unicus ad infrascripta a sede apostolica specialiter deputatus dilecto filio magistro Henrico Waare Curie nostre Cantuarien' officiali salutem graciam et benediccionem. Litteras sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Alexandri divina providencia pape quinti nobis per partem executorum in eisdem locis plenius descriptorum cum omni qua decuit reverencia recepimus in hec verba.

Tenor litterarum apostolicarum. Alexander episcopus servus servorum dei venerabili fratri archiepiscopo Cant' salutem et apostolicam benediccionem. Pia vota fidelium presertim divini cultus augmentum concernencia ad exaudicionis graciam libenter admittimus illa que prosequimur favoribus oportunis. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Gerardi Braybroke militis Edmundi Hampden[3] armigeri Johannis Wyke et Rogeri Albrygton[4] clericorum Cicestren' et London' diocesium executorum ultime voluntatis bone memorie Roberti episcopi London' penas continebat quod olim quondam Nigellus Loryng miles pro se et parentum suorum animarum salute recogitans

[1] There is an abstract of the papal mandate in *Cal. Pap. Lett.* VI, p. 154.
[2] Folio 81v is blank. [3] "Homden" in *Cal. Pap. Lett., loc. cit.*
[4] "Abbrighton" in *Cal. Pap. Lett., loc. cit.*

quamdam cantariam pro quibusdam capellanis qui in ecclesia parochiali de Chalgrave Lincoln' divina officia perpetuo celebrarent de bonis sibi a deo collatis fundare et sufficienter dotare proposuit et quod antequam huiusmodi propositum adimpleret morte preventus in eius ultima voluntate eiusdem Robertum episcopum dicte voluntatis in ea parte executorem deputavit qui quidem episcopus de execucione huiusmodi voluntatis se intromittens suis sumptibus per tres capellanos in dictam ecclesiam divina officia pluribus annis celebrari fecit, ipsoque episcopo eciam postea vita functo executores prefati prout eciam idem episcopus in ultimo constitutus hoc voluerat et ordinaverat extunc per huiusmodi tres capellanos fecerunt prout faciunt huiusmodi divina officia celebrari. Cum autem sicut eadem peticio subiungebat executores ipsi propter diversa onera et incumbencia cantariam huiusmodi de bonis temporalibus fundare et dotare non valentes ac desiderantes execucioni premissorum efficaciter adimplere ius patronatus parochialis ecclesie sancte Marie Magdalene de Offelegh' dicte diocesis ad eos communiter pertinentes et que quidem parochialis ecclesia per perpetuum vicarium curam animarum parochianorum ipsius ecclesie gerentem pro tempore rogitur et qui quidem vicarius per rectorem eiusdem ecclesie sancte Marie pro tempore existente episcopo Lincolnien' presentari consuevit ad hoc quod fructus redditus et proventus ad huiusmodi rectorem pro tempore existentem pertinentes pro dotacione cantarie et sustentacione capellanorum huiusmodi deputentur libere dimittere ac donare proponant, pro parte prefatorum executorum nobis fuit humiliter supplicatum ut cantariam ipsam pro tribus capellanis huiusmodi in dicta ecclesia de Chalgrave institui dictamque ecclesiam sancte Marie cum omnibus iuribus et pertinenciis suis pro dotacione cantarie ac sustentacione trium capellanorum huiusmodi qui in prefata ecclesia de Chalgrave domino perpetuo familiari, necnon statuta racionabilia et honesta per ipsos executores facta et facienda inviolabiliter observare teneantur et quorum unus magister ipsius cantarie existat eidem cantarie perpetuo uniri annecti et incorporari mandare de [*Folio 82v*] benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur de premissis certam noticiam non habentes huiusmodi supplicacionibus inclinati fraternitati tue de qua in hiis et aliis gerimus fiduciam in domino specialem, per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus de premissis omnibus et singulis ac eorum circumstanciis universis auctoritate nostra te diligenter informes et si per informacionem huiusmodi inveneris prefatos executores ius patronatus huiusmodi donare seu dimittere velle pro dote et sustentacione prefatis super quo tuam conscienciam oneramus huiusmodi cantariam in dicta ecclesia de Chalgrave eadem auctoritate instituas et nicholominus ecclesiam sancte Marie predictam cuius fructus redditus et proventus deducta sufficienter porcione vicarii eiusdem ecclesie sancte Marie sibi ab antiquo assignata de qua eciam ipsius ecclesie de Offelegh' perpetuus vicarius pronunc existens

ut ipsi executores asserunt reputat se contentum sexaginta marcarum sterlingorum secundum communem estimacionem valorem annuum ut ipsi executores asserunt non excedunt. Postquam ipsi executores huiusmodi ius patronatus ad hoc donaverint et dimiserint ut presertim predicte cantarie auctoritate nostra imperpetuum unias annectes et incorpores, ita quod cedente vel decedente rector dicte ecclesie sancte Marie qui nunc est vel ecclesiam ipsam alias quomodolibet dimittente liceat prefatus capellanus per se vel alium seu alios corporalem possessionem ecclesie sancte Marie nostrumque et partem predictorum auctoritate propria libere apprehendere et perpetuo retinere ac ad vicariam predictam quociens illam vacare contigerit personam ydoneam loci ordinario prout rectores dicte ecclesie sancte Marie facere consueverunt presentare valeant archidiaconi loci et cuiuscumque alterius legitima super hoc minime requisita. Et nichilominus huiusmodi racionabilia et honesta statuta facias eadem auctoritate per ipsos capellanos inviolabiliter observari, non obstantibus constitucionibus et ordinacionibus apostolicis et aliis contrariis quibuscumque aut si aliquis super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales apostolice sedis vel legatorum eius litteras impetravit. Eciam si per eas ad inhibicionem reservacionem et decretum vel alias quomodolibet sit processum quas quidem litteras et processus habitos seu habendos per easdem ad prefatum ecclesiam sancte Marie volumus non extendi set nullum per hoc eis quo ad assecucionem beneficiorum aliorum providicium generari et quibuslibet privilegiis indulgenciis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcumque tenorum existant per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus eorum impediri valeat quomodolibet vel differri de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mencio specialis. Nos enim extunc irritum decernimus et mane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Dat' Pisis vj^to^ idus Augusti Pontificatus nostri anno primo. Nos vero aliis arduis ecclesie nostre Cantuarien' ac regni et ecclesie Anglicane negociis multipliciter impediti quominus execucioni contentorum in eisdem litteris apostolicis ad presens intendere valeamus ad inquirendum de et super omnibus et singulis in ipsis litteris contentis et informaciones quascumque in hac parte fieri debitas et requisitas ac testes quoscumque necessarios coram vobis producendos admittendum recipiendum et examinandum eorumque testium dicta et deposiciones concordandum, ceteraque omnia et singula faciendum excercendum et expediendum que tenor et effectus dictarum litterarum apostolicarum exigunt et requirunt usque ad finalem pronunciacionem et decretum in premissis que nobis specialiter reservamus. Vobis de cuius fidelitate et circumspeccionis industria plene confidimus tenore presencium committimus vices nostras mandantes quod de omni [*Folio 83*] eo quod in premissis

feceritis et invenereti s. Nos cum per partem dictorum executorum fueritis requisiti certificare curetis distincte et aperte litteris vestris patentibus habentibus hunc tenorem. Dat' London' sub sigillo nostro viij° die mensis Marcii anno domini millesimo cccc^mo nono, et nostre translacionis anno quartodecimo.

Acta processus. Quarum quidem commissionis nostre huiusmodi litterarum auctoritate et vigore dictus magister Henricus noster in hac parte commissarius sive subdelegatus sufficienter et legitime per nos ut prefertur deputatus ad instantem peticionem dilectorum filiorum Gerardi Braybroke militis Edmundi Hampden' armigeri et Johannis Wyke clerici patronorum ecclesie parochialis beate Marie Magdalene de Offelegh' Lincoln' diocesis testamenti sive ultime voluntatis reverende memorie Roberti Braybroke nuper episcopi London' ad fundacionem et dotacionem cuiusdam cantarie pro bone memorie Nigelli Loryng militis defuncti et parentum suorum animarum salute in ecclesia parochiali de Chalgrave dicte diocesis faciende executorum Rogero Albryghton' uno executorum predictorum in prefatis litteris apostolicis nominato viam universe carnis ingresso onus commissionis nostre huiusmodi in se admisit decrevit et mandavit et fecit reverendum in Christo patrem et dominum dominum Philippum dei gracia Lincoln' episcopum loci diocesanum ac venerabiles viros dominos decanum et capitulum ecclesie Lincoln' et archidiaconum Huntyngdon' in eadem ecclesia Lincoln' in cuius archidiaconatu dicta ecclesia de Offelegh' situata consistit, necnon rectorem et vicarium eiusdem ecclesie de Offelegh' nominatim et in specie et alios quoscumque in hac parte vocandos in generale coram eo certis die et loco competentibus cum continuacione et prorogacione dierum et locorum si oporteret tunc sequencium ad procedendum et procedi videndum si qua putaverint interesse de et super contentis in prefata commissione informaciones probaciones et litteras in hac parte coram eo per partem dictorum executorum et alias prout iusticia suaderet ministrandas, necnon processum per predictum nostrum commissarium in hac parte iuxta vim formam et effectum dictarum litterarum apostolicarum faciendum videndum et audiendum, ulterius que ad omnes et singulos actus iudiciales coram eo atque nobis in hac parte habendos et de iure requisitos gradatim et successive usque ad finalem expedicionem contentorum in huiusmodi litteris apostolicis inclusive quod iusticia suaderet faciendum et recipiendum citari et legitime evocare prout ex litteris citatoriis dicti commissarii nostri manifeste patet, quarum tenor sequitur et est talis.

Cantuar' littere. Henricus Waare Curie Cant' officialis reverendissimi in Christo patris et domini domini Thome die gracia Cant' archiepiscopi tocius Anglie primatus et apostolice sedis legati iudicis unici a sede apostolica sub certa forma deputati subdelegatus ut subsequitus legitime deputatus discretis viris magistris Petro

Church' et Thome Bildesthorp' notariis publicis et Johanni Seman salutem in domino et mandatis nostris quam verius apostolicis firmiter obedire litteras commissionis dicti reverendissimi patris nobis per partem honorabilium virorum domini Gerardi Braybroke militis Edmundi Hampden' armigeri et Johannis Wyk' clerici executorum testamenti sive ultime voluntatis ut asserverunt bone memorie Roberti Braybroke nuper London' episcopi presentatas nos cum ea qua decuit reverencia nominatis recepisse sub ea que sequitur forma verborum. Thomas permissione divina Cant' archiepiscopus tocius Anglie primas et apostolice sedis legatus iudex unicus ad infrascripta sede apostolica specialiter deputatus dilecto filio magistro Henrico Waare Curie nostre Cant' officiali salutem graciam et benediccionem. Litteras sanctissimi in Christo patris et domini nostri Alexandri divina providencia pape quinti et cetera prout et sicut super in litterarum commissionis nostre tenore continentur. Post quarum quidem litterarum presentacionem et eorum recepcionem fuimus per partem dictorum domini Gerardi Edmundi et Johannis Wyk' executorum predictorum Rogero Albryghton' uno executorum predictorum ab hac luce subtracte ut asserebatur cum instancia [*Folio 83*v] debita requisiti ut ad execucionem de et super contentis in dictis litteris apostolicis iuxta formam nobis per prefatum dominum Cant' archiepiscopum delegatam in hac parte limitatam procedere curaremus, vosque volentes prout nostri iuri convenit omnibus et singulis quorum interest in hac parte plenam iusticiam exhibere. Vobis communiter et divisim auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte committimus et mandamus firmiter iniungentes quatinus citetis seu citari faciatis peremptorie reverendum in Christo patrem et dominum dominum Philippum dei gracia Lincolnien' episcopum loci diocesanum ac venerabiles viros dominos decanum et capitulum ecclesie Lincoln' ac archidiaconum Huntyngdon' in cuius archidiaconatu dicta ecclesia consistit necnon rectorem et vicarium dicte ecclesie parochialis de Offelegh' nominatim ac in specie ac alios quoscumque in hac parte vocandos in generale quod compareant coram nobis in ecclesia parochiali beate Marie de Arcubus London' proximo die iuridico post festum sancti Barnabe apostoli proximum futurum cum continuacione et prorogacione dierum et locorum si oporteat tunc sequencium in huiusmodi negocio processuri si sua putaverint interesse et procedi visuri, necnon informaciones et probaciones in hac parte legitimas coram nobis per partem dictorum executorum et alias prout iusticia suadebit ministrandum ac processum per nos et dictum dominum delegantem iuxta vim formam et effectum dictarum litterarum apostolicarum faciendum visuri et audituri, eciam ad omnes et singulos actus iudiciales coram nobis et dicto delegante in hac parte habendos et de iure requisitos gradatim et successive usque ad finalem expedicionem contentorum in litteris huiusmodi inclusive, facturique ulterius et recepturi quod iusticia suadebit ac qualitas et natura

dictarum litterarum nostre commissionis et apostolicarum predictarum de se exigent ac requirent, intimantes seu intimari faciente prefatis citatis quod sive in huiusmodi citacionis termino comparuerint sive non. Nos ad omnes actus in hac parte requisitos de et super contentis in dictis nostre commissionis litteris iuxta earundem exigenciam secundum formam nobis in hac parte limitatam prout de iure fuerit procedendum legitime procedemus ac dictus dominus delegans iuxta formam sibi in hac parte reservatam legitime procedet, ipsorum citatorum contumacia sive absencia in aliquo non obstante. Et quid feceritis in premissis nos dictis die et loco distincte et aperte certificetis litteris vestris patentibus habentibus hunc tenorem sigillo auctentico consignatis seu sic certificet ille vestrum qui presens mandatum receperit exequendum. Dat' London' sub sigillo officii nostri iij^{o} kalendas Maii anno domini millesimo cccc^{mo} decimo.

Terminoque huiusmodi per prefatum commissarium nostrum assignato adveniente letas que coram eo pro tribunali sedente in ecclesia beate Marie de Arcubus London' litteris certificatoriis citacionis sue predicte quarum tenor sequitur sub hac forma verborum. Reverendo discreccionis viro magistro Henrico Waare Curie Cant' officiali reverendissimo in Christo patris et domini domini Thome dei gracia Cantuar' archiepiscopi tocius Anglie primate et apostolice sedis legati iudicis unici a sede apostolica sub certa forma deputati subdelegato ut subsequitur legitime deputato vester humilis et devotus Thomas Bildesthorp' mandatarius infrascriptus obedienciam reverenciam et honorem. Litteras vestras reverendas ij kal. Maii anno domini infrascripto recepi sub eo qui sequitur tenor verborum. Henricus Waare Curie Cant' officialis reverendissimi in Christo patris et domini domini Thome dei gracia Cant' archiepiscopi et cetera prout et sicut in litterarum citacionis dicti nostri commissarii et commissionis nostrorum predictorum tenoribus de verbo ad verbum superius describuntur. Quarum quidem litterarum auctoritate prefatum reverendum patrem dominum Philippum dei gracia Lincoln' episcopum primo die mensis Maii in quadem capella ipsius reverendi patris infra castrum de Sleford' necnon decanum et capitulum ecclesie Lincoln' secundo die eiusdem mensis in dicta ecclesia Lincoln' ac dominum Johannem atte Gate rectorem ecclesie parochialis de Offelegh' in villa de Offelegh' predicta quinto die dicti mensis Maii anno predicto per me personaliter apprehensis peremptorie citari ac insuper venerabilem virum magistrum [*Folio 84*] Eudonem Zouche archidiaconum Huntyngdon' in manerio suo de Horpyngton' Roffen' diocesis quinto die Junii necnon dominum Thomam atte Gate perpetuum vicarium dicte ecclesie de Offelegh' in cimiterio eiusdem ecclesie octavo die dicti mensis Junii personaliter apprehensis nominatim et in specie et alios quoscumque sua interesse putantes in generale per alium citari feci quod compareant coram vobis in ecclesia parochiali beate Marie de Arcubus London' proximo die iuridico post festum sancti

Barnabe apostoli proximum futurum cum continuacione et prorogacione dierum et locorum si oporteat tunc sequencium in huiusmodi negocio processuri si sua putaverint interesse et procedi visuri, necnon informaciones et probaciones in hac parte legitimas coram vobis per partem dictorum executorum et alias prout iusticia suadebit ministrandum et processum per vos et dictum dominum delegantem iuxta omnem vim formam et effectum dictarum litterarum vestrarum faciendum visuri et audituri, eciam ad omnes et singulos actus iudiciales coram vobis et dicto delegante in hac parte habendos et de iure requisitos gradatim et successive usque ad finalem expedicionem contentorum in litteris huiusmodi inclusive facturique ulterius et recepturi quod iusticia suadebit ac qualitas et natura dictarum litterarum vestre commissionis et apostolicarum predictarum de se exigunt et requirunt. Intimavi super et intimare feci prefatis citatis quod sive in huiusmodi citacionis termino comparuerint sive non. Vos ad omnes actus in hac parte requisitos de et super contentis in dicte vestre commissionis litteris iuxta earundem exigenciam secundum formam vobis in hac parte limitatam prout de iure fuerit procedendum legitime procedetis ac dictus dominus delegans iuxta formam sibi in hac parte reservatam legitime procedet, ipsorum citatorum contumacia sive absencia in aliquo non obstante et sic litteras vestras reverendas diligenter in omnibus sum executus. In quorum omnium testimonium sigillum reverendorum virorum dominorum decani et capituli ecclesie cathedralis sancti Pauli London' commissarii generalis presentibus apponi procuravi. Et nos commissarius antedictus ad specialem et personalem rogatum dicti Thome certificantis sigillum officii nostri presentibus apposuimus. Dat' London' iiij^{to} idus Junii anno domini suprascripto.

Procuratorium executorum domini Roberti Braybrooke. Thomas Beket clericus procurator et procuratorio nomine executorum predictorum coram dicto commissario nostro iudicialiter comparens domino instrumenta publica procuratorie sive potestatis produxit et exhibuit realiter tunc ibidem quorum tenores seriatim secuntur in hunc modum. In dei nomine amen. Per presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter quod anno ab incarnacione domini millesimo cccc^{mo} decimo Indiccione tercio Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Alexandri divina providencia pape quinti anno primo mensis Aprilis die decimo nono, in domo habitacionis discreti viri domini Johannis Wyke canonici ecclesie cathedralis sancti Pauli London' in parochia sancti Gregorii London' situata, in mei notarii publici et testium subscriptorum presencia constituti personaliter provide et discreti viri Edmundus Hampden' armiger et prefatus dominus Johannes Wyke executores ut asserverunt testamenti bone memorie venerabilis patris domini Roberti Braybroke nuper episcopi London' defuncti. In omnibus causis et negociis ipsos Edmundum et

dominum Johannem executores predictos qualitercumque tangentibus seu concernentibus coram quibuscumque iudicibus ordinariis delegatis subdelegatis et eorum commissariis quibuscumque qualemcumque iurisdiccionem nocionem vel officium habentibus qualitercumque motis vel movendis quociens ipsos adesse contigerit vel abesse dilectos sibi in Christo magistros Jacobum Cole Simonem Kempston' Robertum Northlod' Thomam Cotyngwyth' et Thomam Beket clericos Curie [*Folio 84v*] Cant' procuratores generales coniunctim et divisim et quemlibet eorum per se et in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis sed quod unus eorum inceperit quilibet illorum licite prosequi valeat mediare pariter et finire suos veros et legitimos ordinarunt fecerunt et constituerunt procuratores actores factores negociorum suorum gestores et nuncios speciales dederuntque et concesserunt dantque et concedunt prefati Edmundus et dictus Johannes executores dictis procuratoribus suis coniunctim et cuilibet eorum ut premittitur divisim et in solidum potestatem generalem et mandatum specialem pro ipsis et nomine illorum ac nomine utriusque quascumque litteras apostolicas a sacrosancta sede apostolica et domino nostro papa nomine executorum ipsorum impetratas litteras que et alia munimenta qualitercumque ipsos executores qualitercumque concernencia coram huiusmodi iudicibus exhibendum et presentandum, necnon quascumque confessiones et requisiciones nomine dictorum executorum emittendum et faciendum ac in omnibus causis et negociis huiusmodi agendum defendendum excipiendum replicandum litem contestandum et contestari videndum iuramentum de calumpnia et de veritate dicendum ac aliud quodcumque licitum sacramentum in animas dictorum constituencium prestandum et faciendum ponere de articulandis posicionibus et articulis respondendum crimina et defectus obiciendum et obiectis et interrogatoriis respondendum testes litteras et instrumenta ac alia quocumque probacionum genera producendum et exhibendum producta et exhibita exadverso reprobandum et impugnandum sentencias interlocutorias et diffinitivas fieri petendum et audiendum, beneficium que absolucionis a quibuscumque suspensionis excommunicacionis et interdicti sentenciis simpliciter et ad cautelam status que ipsorum executorum reformacioni necnon in integrum restitucionem dampna expensis et interesse quodlibet earum que estimacioni quociens opus fuerit petendum recipiendum et obtinendum personalemque absenciam suam excusandum et excusacionum huiusmodi causam et causas allegandum proponendum et probandum ac super eisdem iurandum provocandum et appellandum provocaciones et appellaciones notificandum et intimandum eas que et earum causas prosequendum et recipiendum alium vel alias procuratorem vel procuratores loco eorum et cuiuslibet illorum substituendum ac substitutos et substituendos huiusmodi revocandum et procuratoris officium in se reassumendum quociens et qui eisdem procuratoribus suis vel

eorum alicui melius videbitur expedire. Omnia que alia et singula faciendum excercendum et expediendum que in premissis seu eorum aliquo necessaria fuerint vel oportuna eciam si mandatum aliquo premissorum magis de se exigant speciale pro dictis vero procuratoribus suis et quolibet eorundem necnon quolibet substituto ab eisdem vel eorum aliquo promiserunt iidem constituentes in notario publico subscripto stipulantes et recipientes vice et nomine omnium et singulorum quorum interest in hac parte se ratum et gratum habituros totum et quicquid per dictos procuratores seu eorum quemlibet aut aliquem substitutum ab eisdem vel eorum alique actum gestum seu procuratum fuerit in premissis seu in aliquo premissorum ac iudicio sisti et iudicatum solvi cum omnibus suis clausulis sub ypotheca et obligacione omnium suorum bonorum et cauciones exposuerunt. Acta sunt hec prout suprascribunter et recitantur sub anno domini Indiccione Pontificatu mense die et loco predictis presentibus tunc ibidem discretis viris domino Johanne Salesbury precentori ecclesie London' et magistro Thoma Byggeley canonico ecclesie Cicestr' testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. [*Folio 85*] Et ego Petrus Chorche alias dictus Mundham clericus Norwycen' diocesis publicus auctoritate apostolica notarius premissis omnibus et singulis dicta sic ut premittitur et superius recitantur agebantur fiebant unacum prenominatis testibus sub anno domini Indiccione Pontificatu mense die et loco predictis presens interfui eo sic fieri vidi et audivi scripsi publicavi et in hanc publicam formam redegi signo que et nomine meis solitis et consuetis presens instrumentum signavi rogatas et requisitas in fidem et testimonium premissorum. In dei nomine amen. Per presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter quod anno ab incarnacione domini secundum computacionem ecclesie Anglicane millesimo cccc^{mo} decimo Indiccione tercia Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Alexandri divina providencia pape quinti anno primo mensis Maii die quinto in manerio de Colmerde Lincoln' diocesis, in mei notarii publici et testium subscriptorum presencia constitutus personaliter honorabilis vir dominus Gerardus Braybrok' miles executor ut asseruit testamenti bone memorie venerabilis patris domini Roberti Braybroke nuper episcopi London' defuncti. In omnibus causis et negociis ipsum dominum Gerardum executorem predictum qualitercumque tangentibus seu concernentibus coram quibuscumque iudicibus ordinariis delegatis subdelegatis et eorum commissariis quibuscumque quamcumque iurisdiccionem nocionem vel officium habentibus qualitercumque motis vel movendis quociens ipsum adesse contigerit vel abesse dilectos sibi in Christo magistros Simonem Kempston' Thomam Cotyngwyth' Willelmum Goodman Robertum Northlod' et Thomam Beket clericos Curie Cant' procuratores generales coniunctim et divisim et quelibet eorum pro se et in solidum. Ita quod non sit melior condicio occupante ad quos unus eorum inceperit ipsorum quilibet licite prosequi valeat mediare

pariter et finire suos veros et legitimos ordinavit fecit et constituit procuratores actores factores negociorum suorum gestores et nuncios speciales dedit que et concessit idem dominus Gerardus executor predictus prefatis procuratoribus suis coniunctim et eorum cuilibet ut premittitur divisim et in solidum potestatem generalem et mandatum speciale pro ipso et nomine suo quascumque litteras apostolicas a sacrosancta sede apostolica et domino nostro papa nomine ipsius executoris impetratas litteras que et alia munimenta quecumque ipsum executorem qualitercumque concernencia coram huiusmodi iudicibus exhibendum et presentandum necnon quascumque confessiones et requiquisiciones[1] nomine dicti executoris emittendum et faciendum ac in omnibus causis et negociis huiusmodi agendum defendendum excipiendum replicandum litem contestandum iuramentum de calumpnia et de veritate dicenda ac aliud quodcumque licitum sacramentum in animam ipsius constituentis prestandum et faciendum ponendum et articulandum posicionibus et articulis ac interrogatoriis respondendum crimina et defectus obiciendum et obiectis respondendum testes litteras et instrumenta ac alia quocumque probacionum genera producendum et exhibendum producta que et exhibita ex adverso reprobandum et impugnandum sentencias interlocutorias et diffinitivas fieri petendum et audiendum beneficium que absolucionis a quibuscumque suspencionis excommunicacionis et interdicta sentenciis simpliciter et ad cautelam status que ipsius executoris reformacioni necnon in integrum restitucionem dampna expensis et interesse quodlibet earumque estimacionem quociens opus fuerit petendum recipiendum et obtinendum personalem que absenciam suam excusandum et excusacionum huiusmodi causam et causas allegandum proponendum et probandum ac super eisdem iurandum provocandum et appellandum provocaciones et appellaciones notificandum et intimandum easque et eorum causas prosequendum apostolicos petendum et recipiendum alium vel alios procuratorem vel procuratores loco ipsorum et cuiuslibet illorum substituendum substitutos que et substituendos huiusmodi revocandum et procuratoris officium in se reassumendum quociens et qui eisdem procuratoribus suis vel eorum alicui videbitur [*Folio 85v*] expedire, omniaque alia et singula faciendum excercendum et expediendum que in premissis seu eorum aliquo necessaria fuerint vel oportuna eciam si mandatum aliquo premissorum magis de se exigant speciale pro dictis vero procuratoribus suis et eorum quolibet necnon substituto ab eisdem ve eorum aliquo. Promisit idem constituens michi notario publico subscripto stipulantes et recipientes vice et nomine omnium et singulorum quorum interest in hac parte se ratum gratum et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid per dictos procuratores seu eorum quemlibet aut aliquem substitutum ab eisdem seu eorum aliquo actum gestum seu procuratum fuerit in premissis seu aliquo premissorum ac iudicio

[1] *Sic, recte* requisiciones.

sisti et iudicatum solvi cum omnibus suis clausulis sub ypotheca et obligacione omnium bonorum suorum et exposuit cauciones. Acta sunt hec prout suprascribuntur et recitantur sub anno domini Indiccione Pontificatu mense die et loco predictis presentibus discretis viris Johanne Astewyke Ricardo Haket Ricardo Faukevere et Henrico Botiller litteratis Lincoln' diocesis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego Thomas Byldesthorp' clericus Eboracen' diocesis publicus auctoritate apostolica notarius premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur agebantur et fiebant una cum prenominatis testibus sub anno domini Indiccione Pontificatu mense die et loco predictis presens interfui ea que sic fieri vidi et audivi scripsi publicavi et in hanc publicam formam redegi signo meo et nomine solitis et consuetis signavi rogatus et requisitus per dictum dominum Gerardum Braybrok' in fidem et testimonium omnium premissorum. Quibus instrumentis publicis ut prefertur exhibitis dictus noster commissarius prefatos reverendum patrem Lincoln' episcopum dominos decanum et capitulum ecclesie Lincolnien' et dominum archidiaconum Huntyngdon' ac dominos Johannem atte Gate rectorem dicte ecclesie Offelegh' et Thomam atte Gate eiusdem ecclesie vicarium perpetuum in specie et alios quoscumque sua interesse in hac parte putantes in generale ad instantem peticionem Thome Beket procuratoris antedicti publice preconizari fecit ipsis que sic preconizatis Simon Kempston' clericus procurator et nomine procuratorio predicti reverendi patris Lincoln' episcopi ac Jacobus Cole clericus nominibus predictorum Johannis rectoris et Thome vicarii perpetui predicte ecclesie de Offelegh' eciam tunc ibidem iudicialiter comparentes procuratoria sua in hac parte in presencia prefati Thome Beket clerici iudicialiter produxerunt et exhibuerunt quorum procuratorum tenores secuntur et sunt tales.

Procuratorium domini episcopi Lincoln'. Pateat universis quod nos Philippus permissione divina Lincoln' episcopus dilectos nobis in Christo magistros Willelmum Sondey et Johannem Onyngham legum Johannem Hauberk decretorum doctores ac Simonem Kempston' Willelmum Goodman Curie Cant' procuratores generales et Edmundum Langford' clericum notarium publicum nostros et ecclesie nostre Lincoln' veros et legitimos procuratores actores factores defensores negociorum gestores et nuncios speciales coniunctim et divisim et eorum quemlibet per se in solidum, ita quod occupantis non sit melior condicio sed quod unus eorum inceperit quilibet eorum id libere prosequi valeat mediare et finire ordinamus facimus et constituimus per presentes. Damus que concedimus eisdem procuratoribus nostris et eorum cuilibet plenam potestatem et tam generale quod speciale mandatum nomine nostre et ecclesie nostre predicte in causa sive negocio appropriacionis incorporacionis unionis aut annexionis ecclesie parochialis de Offelegh' nostre diocesis quam recolendo memorie domini Roberti Braybroke defuncti executoris seu feoffati cantarie certorum capellanorum in

ecclesia parochiali de Chalgrave dicte nostre diocesis pro anima prefati domini Roberti celebraturos fundate et ordinate fundande ve et ordinande appropriari incorporari uniri et annecti auctoritate apostolica sub certis modo et forma ut asseritur prosecuntur coram reverendissimo in Christo patre et domino domino Thoma dei gracia Cantuar' archiepiscopo tocius Anglie primate et apostolice sedis legato [*Folio 56*] executore in negocio predicto a sede apostolica deputato aut magistro Henrico Waare Curie Cant' officiali et ipsius reverendissimi patris in hac parte subexecutore aliis ve in eodem negocio executoribus subexecutoribus seu commissariis deputatis seu deputatandis[1] aut aliis quibuscumque iudicibus coram quibus illud negocium moveri contigerit in futurum comparendum ipsos que et eorum quemlibet recusandum et in ipsos consenciendum prout viderint expedire contra litteras impetratas quascumque si nostra et ecclesie nostre intersit de tacita veritate et expressa falsitate excipiendi pro iure indempnitate et interesse nostris et ecclesie nostre predicte proponendi et contra appropriacionem dicte ecclesie de Offelegh' ut premittitur faciendi obiciendi ac ipsam impediendi agendi defendendi excipiendi replicandi libellum seu libellos articulum seu articulos dandi petendi et recipiendi litem et lites contestandi ponendi articulandi posicionibus et articulis respondendi iuramentum tam de calumpnia quam de veritate dicendi et quodlibet aliud genus liciti sacramenti in animam nostram prestandi status nostri et ecclesie nostre Lincolnien' predicte reformacionem. In integrum restitucionem dampnorum estimacionem et expensorum et interesse quodlibet necnon beneficium absolucionis a quibuscumque sentenciis excommunicacionis suspensionis seu interdicti in nos et ecclesiam nostram a iure vel ab homine in negocio memorato latis seu ferendis petendi recipiendi et obtinendi testes litteras et instrumenta et quevis alia probacionum genera producendi et exhibendi ac producta et exhibita ab adversa parte reprobandi et impugnandi apostolicos petendi appellaciones huiusmodi intimandi et prosequendi ac omnia alia et singula faciendi gerendi et expediendi que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna que nos faceremus et de iure facere possemus si presentes propter interessemus et que eciam per veros et legitimos procuratores fieri poterunt et expediri, eciam si mandatum magis exigant speciale pro dictis vero procuratoribus nostris ac quolibet substituto vel substituendo ab eisdem vel eorum aliquo rem ratam haberi iudicio sisti et iudicatum solvi sub ypotheca et obligacione bonorum nostrorum promittimus et cauciones exponimus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' apud Sleford' quinto die mensis Junii anno domini millesimo cccc^{mo} decimo, et nostre consecracionis anno sexto.

Procuratorium rectoris et vicarii ecclesie parochialis de Offelegh'. In dei nomine amen. Per presens publicum

[1] *Sic.*

instrumentum cunctis appareat evidenter quod anno ab incarnacione domini secundum cursum et computacionem ecclesie Anglicane millesimo cccc^{mo} decimo Indiccione tercia Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Alexandri divina providencia pape quinti anno primo mensis Junii die undecimo, in domo habitacionis honesti viri Thome Beket in parochia sancti Petri in Westchepe London' in mei notarii publici et testimonii suprascriptorum presencia constituti personaliter discreti viri dominus Johannes atte Gate rector ecclesie parochialis de Offelegh' et Thomas atte Gate eiusdem ecclesie vicarius ut asseruerunt Lincoln' diocesis dilectos sibi in Christo magistros Jacobum Cole Simonem Kempston' Thomam Cotyngwyth' Willelmum Godman Robertum Northlod' et Thomam Beket Curie Cant' procuratores generales absentes tamque presentes in omnibus causis et negociis ipsos dominos Johannem et Thomam ac ecclesiam suam predictam qualitercumque tangentibus coram quibuscumque iudicibus ordinariis delegatis subdelegatis aut eorum commissario quamcumque iurisdiccionem nocionem vel officium habentibus sive ex officio iudicis mero vel promote sive ad partem instancium qualitercumque procedentibus motis seu movendis quociens ipsos constituentes adesse contigerit vel abesse suos veros certos et legitimos procuratores actores factores negociorum suorum gestores et nuncios speciales coniunctim et divisim et quemlibet eorum per se et in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis sed quod unus eorum inceperit ipsorum quilibet libere prosequi valeat mediare [*Folio 86*^{v}] et finire fecerunt constituerunt ac eciam ordinaverunt dederunt que et concesserunt iidem constituentes prefatis procuratoribus suis coniunctim et eorum cuilibet ut premittitur in solidum divisim potestatem generalem et mandatum speciale pro ipsis et nomine ipsorum ac nomine utriusque eorum in omnibus causis et negociis predictis comparendi agendi defendi excipiendi replicandi litem contestandi iuramentum de calumpnia et de veritate dicendi et quodlibet aliud licitum sacramentum in animas dictorum constituencium prestandi ponendi et articulandi posicionibus et articulis respondendi crimina et defectus obiciendi et obiectis respondendi testes litteras et instrumenta ac alia quecumque probacionum genera producendi et exhibendi producta et exhibita ex adverso reprobandi et impugnandi beneficium absolucionis a quibuscumque suspensionis excommunicacionis et interdicti sentenciis in personas dictorum constituencium ab homine vel a iure qualitercumque latis seu ferendis simpliciter et ad cautelam necnon status dictorum constituencium reformacione in integrum restitucionem dampnorum estimacionem expensis et interesse quodlibet petendi recipiendi et obtinendi sentenciam seu sentencias tam interlocutores quam diffinitivas ferri petendi et audiendi protestandi provocandi et appellandi apostolicos petendi et recipiendi provocaciones et appellaciones notificandi et intimandi ac ipsas et earum causas prosequendi alium vel alios procuratorem vel

procuratores loco eorum et cuiuslibet eorum ad premissis substituendum substitutos que et substituendos huiusmodi revocandi et procuratoris officium in se et eorum quemlibet reassumendi quociens et quam eis vel eorum alicui videbitur expedire. Et generaliter omnia alia et singula faciens excercendi et expediendi que in premissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu oportuna, et que ipsi [constitudentes] facere possent si personaliter presentes essent eciam si mandatum magis exigant speciale promiserunt insuper iidem [constitudentes] michi notario publico subscripto vice et nomine omnium et singulorum quorum interest seu interesse poterit in futurum solempniter stipulantes se ratum gratum et firmum perpetue habiturum totum et quicquid dicti procuratores sui vel eorum aliquis substitutus vel substituendi ab eisdem seu eorum aliquo fecerint seu fecerit in premissis seu aliquo premissorum necnon iudicio sisti et iudicatum solvi cum omnibus suis clausulis sub ypotheca et obligacione omnium bonorum suorum et cauciones exposuerunt tunc ibidem. Acta sunt hec sub anno domini Indiccione Pontificatu mense die et loco predictis presentibus discretis viris Ricardo Stacy et Johanne Roberd' clericis London' et Lincoln' diocesium testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego Thomas Bildesthorp' clericus Ebor' diocesis publicus auctoritate apostolica notarius premissis omnibus et singulis dum sit ut premittitur agebantur et fiebant una cum prenominatis testibus sub anno domini Indiccione Pontificatu mense die et loco predictis presens interfui ea que sic fieri vidi et audivi scripsi publicavi et in hanc publicam formam redegi signo que meo et nomine solitis et consuetis presens instrumentum signavi in fidem et testimonium omnium premissorum. Ac insuper venerabilis vir magister Eudo Zouche archidiaconus Huntyngdon' tunc ibidem coram dicto commissario nostro comparuit personaliter et prefatum Jacobum Cole ibidem presentem et onus procuracionis in se suscipientem suum in hac parte procuratorem constituit apud acta dans et concedens eadem Jacobo potestatem generalem et mandatum speciale nomine sue et archidiaconatus sui predicti in negocio unionis anneccionis et incorporacionis ecclesie parochialis de Offelegh' supradictis coram nobis aut commissariis nostris in ea parte quibuscumque seu aliis iudicibus quibusuis[1] coram quibus negocium illud moveri contingeret in futurum comparendi ac iudices recusandi seu in eos consenciendi [*Folio 87*] prout sibi videbitur expedire et pro eodem archidiacono agendi et defendi litem contestandi ponendi et articulandi posicionibus et articulis respondendi pro iure indempnitate et interesse suis et archidiaconatus sui predicti proponendi et contra unionem huiusmodi ut premittitur faciendi obiciendi provocandi et appellandi provocaciones et appellaciones prosequendi. Cetera que omnia et singula faciendi et excercendi in premissis que ipsum et archidiaconatus facere aut excercere posset si eisdem personaliter interesset. Et promisit si ratum et gratum

[1] *Sic.*

perpetuis temporibus habiturum quicquid per dictum Jacobum procuratorem suum factum seu procuratum esset in ea parte sub ypotheca et obligacione omnium bonorum suorum prout ex actis in ea parte coram dicto nostro commissario habitis de quibus nobis sufficienter extitet facta fides liquet manifeste prefatos que dominos decanum et capitulum ecclesie Lincolnien' in specie et alios quoscumque ut premittitur sua interesse in hac parte putantes in generale legitime et peremptorie citatos in termino eisdem vite per dictum nostrum commissarium assignato publice in iudicio preconizatos sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad instanciam predicti Thome Beket procuratoris memorati eorum contumaciam accusantis dictus commissarius non pronunciavit contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi prefatus Thomas Beket procurator supradictus congruis loco et tempore ad hoc per dictum nostrum commissarium iudicialiter assignatis quosdam posiciones et articulos concludentes in forma iuris conceptos coram dicto nostro commissario iudicialiter in scriptis proposuit et porrexit. Quorum posicionum et articulorum tenor de verbo in verbum sequitur in hunc modum.

Posiciones et articuli. In dei nomine amen. Infrascriptos posiciones et articulos et quamlibet particulam eorundem dat fecit ponit exhibet et proponit coram vobis reverendissimo in Christo patris et domino domino Thoma dei gracia Cant' archiepiscopo tocius Anglie primate et apostolice sedis legato iudice unico a sede apostolica ad infrascripta vestro ve in hac parte subdelegate quocumque pars honorabilium virorum Gerardi Braybroke militis Edmundi Hampden' armigeri et domini Johannis Wyke capellani patronorum ecclesie parochialis beate Marie Magdalene de Offelegh' Lincoln' diocesis executorum testamenti sive ultime voluntatis reverendissime domini Roberti quondam London' episcopi ad fundacionem et dotacionem cuiusdam cantarie pro bone memorie Nigelli Loryng militis defuncti et parentum suorum animarum salute in ecclesia parochiali de Chalgrave dicti diocesis faciende executorum deputatos contra interesse aliquod in hac parte pretendencium in specie vel in generale pro informacione veritatis suggestorum in litteris apostolicis vobis domino Cant' archiepiscopo in hac parte directis ad quos se refert pars dictorum patronorum et executorum predictorum et quas pro hic insertis quatenus expedit haberi vult plenius contentorum ad quos in quantum sunt posiciones petet partem adversam coram vobis comparentem si et quatenus oportent medio suo iuramento fideliter et plene respondere compelli et quatenus sunt articuli pars proponens offert se eosdem pro loco et tempore oportunis legitime probaturos. In primis ponit articulatur et probare intendit pars dictorum patronorum et executorum antedicta quod iudicialiter Lincoln' predictam ab antiquo fuit adhuc est quedam ecclesiam parochialem ecclesiam sancte Marie Magdalene de Offelegh' vulgariter nuncupata parochiani et parochiis convicinis

notorie distinctum et parochianos [*Folio 87v*] utriusque sexus habens palam publice et notorie et ponit et articulatur divisim et de quolibet. Item ponit articulatur et probare intendit pars dictorum patronorum et executorum quod dicti Gerardus Braybrok' Edmundus Hampden' et dominus Johannes Wyke a diu eciam ante omne tempus date dictarum litterarum apostolicarum predictarum et continue citra fuerunt et adhuc sunt dicte ecclesie parochialis beate Marie Magdalene de Offelegh' veri patroni et pro talibus fuerunt et sunt dicti tenti habiti et nominati atque reputati palam publice et notorie et ponit et articulatur divisim et de quolibet. Item ponit articulatur et probare intendit pars dictorum executorum et patronorum quod ipsi ius patronatus dicte ecclesie parochialis beate Marie de Offelegh' predicte pro dotacione cantarie predicte et sustentacione trium capellanorum in dicta ecclesia de Chalgrave pro dicti Nigelli et parentum suorum animarum salute iuxta formam in dictis litteris apostolicis annotatam divina perpetuo celebraturorum libere dimittere et donare proponunt et intendunt et ea pretexta dictas litteras apostolicas in hac parte a sede apostolica impetrarunt et ponit et articulatur divisim et de quolibet. Item ponit articulatur et probare intendit pars dictorum executorum et patronorum antedicta quod fructus redditus et proventus dicte ecclesie de Offelegh' ad rectorem dicte ecclesie spectantes et pertinentes deductis omnibus eidem ecclesie incumbentibus ac deducta porcione vicarii ibidem ab antiquo assignata sexaginta marcarum sterlingorum secundum communem estimacionem non excedunt et ponit et articulatur divisim et de quolibet. Item ponit articulatur et probare intendit pars dictorum executorum et patronorum antedicta quod in eadem ecclesia de Offelegh' fuit et est quedam perpetua vicarie perpetuus vicarius pro tempore existens qui curam parochianorum dicte ecclesie gerit animarum qui congruam ac sufficientem habuit et habet in dicta ecclesia porcionem vicarii ibidem ab antiquo assignatam de qua vicarius modernus precessores et predecessores sui omnes et singuli dicte ecclesie vicarii pro tempore existente suis temporibus successivis se contentum ac se contentos reputat ac se reputarunt ac onera vicarie dicte ecclesie incumbencia debite subiit et subierunt atque supportat ac supportarunt et ponit et articulatur divisim et de quolibet. Item ponit articulatur et probare intendit pars dictorum executorum et patronorum quod omnia et singula per prefatos executores et patronos prefato domino deleganti suggesta de quibus in dictis litteris apostolicis sit mencio et que quidem suggesta pars dictorum executorum et patronorum vult hic pro expressis et insertis haberi fuerunt et sunt vera et veritate fulcita et ponit et articulatur divisim et de quolibet. Item ponit articulatur et probare intendit pars dictorum executorum et patronorum quod ut premissa in dictis litteris apostolicis contenta debite compleantur fiant et proficiantur licencia per excellentissimum in Christo principem et dominum nostrum dominum Henricum dei

gracia Regem Anglie et Francie et dominum Hibernie illustrem iuxta consuetudinem regni Anglie in talibus ut dicitur usitatem et observatam fuit et est per suas litteras patentes patroni et executoris predictis canonice concessis et ponit et articulatur divisim et de quolibet. Premissis posiciones et articulos et quamlibet particulam eorundem dat facit exhibet ponit et proponit pars dictorum executorum et patronorum coniunctim et divisim iuris beneficio in omnibus semper salvo. Quare dicto summarie de premissis petit pars dictorum patronorum et executorum antedicta cantariam huiusmodi iuxta vim formam et effectum dictarum litterarum apostolicarum in dicta ecclesia de Chalgrave auctoritate apostolica per vos dominum archiepiscopum Cant' delegatum aut vestrum subdelegatum quemcumque institui dictam que ecclesiam de Offelegh' dicte cantarie eadem auctoritate imperpetuum uniri annecti et incorporari. Ceteraque fieri statui decrevi stabiliri et ordinari prout dicte littere apostolice de se exigunt et requirunt. Que proponit et fieri petit [*Folio 88*] pars dictorum patronorum et executorum coniunctim et divisim iure beneficio in omnibus semper salvo. Nichil que in termino assignato huiusmodi per partem dictorum reverendi patris Lincoln' episcopi dominorum archidiaconi Huntyngdon' Johannis rectoris et Thome vicarii predictorum coram ipso nostro commissario contra huiusmodi posiciones et articulos dicto aut proposito dictus reverendus commissarius ad peticionem dicti Thome Beket procuratoris executorum predictorum dictorum dominorum decani et capituli ecclesie Lincoln' in specie et aliorum quorumque ut prefertur in generale contumaciarum instanter accusantis ipsos decanum et capitulum in specie et alios ut prefertur in generale pronunciavit contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ac in presencia partis reverendi patris Lincoln' episcopi dominorum archidiaconi Huntyngdon' Johannis rectoris et Thome vicarii predictorum Thomas Beket procurator sepedictus quam plures litteras apostolicas atque regias necnon instrumenta publica et alia munimenta diversa coram dicto nostro commissario iudicialiter tunc ibidem exhibuit et produxit. Quibus quidem litteris apostolicis atque regiis necnon instrumentis et munimentis ut prefertur exhibitis idem noster commissarius sive subdelegatus predictus dicto Thome Beket procuratori executorum predictorum in presencia partis dictorum reverendi patris domini Lincoln' episcopi dominorum archidiaconi Johannis rectoris et Thome vicarii et in penam contumaciarum dictorum decani et capituli in specie et aliorum ut premittitur in genere ad testes in ea parte producendos competentes terminum assignatum. In quo quidem termino prefatus Thomas Beket executorum predictorum procurator in presencia partis dictorum reverendi patris Lincoln' episcopi dominorum archidiaconi Johannis rectoris et Thome vicarii ac in penam contumacie dictorum dominorum decani et capituli in specie et quorumlibet aliorum interesse in hac parte habencium in genere ad

instantem peticionem eiusdem Thome ipsorum contumaciam accusantis ipsis que per eundem nostrum commissarium contumacibus pronunciatis nonnullos testes de et super predictis articulis et contentis in eisdem iudicialiter produxit quos dictus noster commissarius in forma iuris admisit qui quidem testes tactis per eos et eorum quolibet corporaliter sacrosanctis dei evangeliis in forma testium iurandorum coram eodem nostro commissario intraverunt ac deinde secrete et singillatim per discretum virum magistrum Johannem Perche Curie nostre Cant' registrarium et registrorum dicte nostre Curie custodem cui predictus noster commissarius ad examinandum testes predictos vices suas iudicialiter et una voce commiserat examinati ipsorum que litterarum instrumentorum et munimentorum tenores ac predictorum testium dicta et deposiciones in penam contumaciarum dictorum decani et capituli in specie et aliorum in hac parte interesse habencium in genere ut prefertur ad instantem peticionem prefati Thome Beket procuratoris supradicti ipsorum contumacias instanter accusantis ipsis que per eundem commissarium nostrum contumacibus pronunciatis et in presencia partis dictorum reverendi patris Lincoln' episcopi dominorum archidiaconi Johannis rectoris et Thome vicarii predictorum per ipsum commissarium nostrum vite et legitime publicata fuerunt ac subsequenter idem noster commissarius ad instantem peticionem Thome Beket procuratoris antedicti prefatos domini decani et capitulum in specie et alios quoscumque interesse in hac parte habentes in genere publice preconizari fecit et quia nullo modo comparuerunt ipsos ad instantem peticionem eiusdem Thome Beket eorum contumacias instanter accusantis contumaces pronunciavit ac in pena contumaciarum suarum huiusmodi predictus Thomas Beket procurator executorum prefatorum quoddam testamentum predicti Rogeri Albryghton' unius [*Folio 88v*] executorum ipsorum ab hac luce ut premissum est subtracti congruis loco et tempore ad hoc per dictum nostrum commissarium assignatis in presencia partis predictorum reverendi patris Lincoln' episcopi archidiaconi Huntyngdon' Johannis rectoris et Thome vicarii coram dicto commissario nostro iudicialiter exhibuit et certos testes produxit tunc ibidem ipsi quoque testes tactis per eos et eorum quemlibet corporaliter sacrosanctis dei evangeliis in forma testium iurandorum coram eodem nostro commissario iurati et deinde secrete et singillatim per prefatum magistrum Johannem Perche cui ad examinandum eosdem idem commissarius noster iudicialiter comiserat vices suas examinati ipsorum que dicta et deposiciones ac testamentum predictum per eundem nostrum commissarium in presencia partium superius nominatorum et comparencium necnon in penam contumaciarum dictorum decani et capituli aliorumque ut prefertur ad peticionem prefati Thome Beket procuratoris sepedicti ipsorum contumacias instanter accusantis vite publicata terminusque ad dicendum contra omnia producta et exhibita per eundem nostrum commissarium

datus nichil quoque in eodem termino dicto terminus ad producendum omnia quibus partes predicte in tota causa antedicta uti vellent parti dictorum reverendi patris domini episcopi Lincoln' dominorum archidiaconi rectoris et vicarii tunc presenti ac in penam contumacie dictorum decani et capituli datus et assignatus, ceteri que termini de iure in hac parte requisiti in omnibus et per omnia successive et debite observati fuerunt. Quibus ut premittitur sic factis atque gestis dictus noster commissarius seu subdelegatus partibus predictis ad comparendum coram nobis ac nostram in hac parte voluntatem audiendum ac ulterius procedendum et procedi videndum quod iusticia suaderet certum terminum assignavit prout et sicut per ipsius nostri commissarii litteras certificatorias suum processum continentes nobis in hac parte transmissas quarum substanciam et effectum seriatim superius recitavimus ad quas nos referimus et quas habere volumus pro hic insertis plenarie informamur. Nos vero virtute litterarum replicarum predictarum in dicto negocio ulterius procedentes ac per processum dicti nostri commissarii et ipsius litteras certificatores de et super huiusmodi processu habitas et factas in eodem negocio fuisse et esse legitime processum invenientes servatis in ea parte de iure servandis ac concurrentibus omnibus et singulis in ea parte requisitis ad finalem pronunciacionem et decretum in memorato negocio processimus et tenore presencium procedimus ac ea proferimus in hiis scriptis.

Notificacionem institucionis cantarie et appropriacionis ecclesie etc. In dei nomine amen. Nos Thomas permissione divina Cant' archiepiscopus tocius Anglie primas et apostolice sedis legatus necnon executor sive delegatus unicus ad infrascripta a sede apostolica specialiter deputatus quia invenimus suggesta in supplicacione per dilectos in Christo filios Gerardum Braybroke militem Edmundum Hampden' armigerum Johannem Wyke et Rogerum Albryghton' clericos Cicestren' et London' diocesium patronos ecclesie parochialis beate Marie Magdalene de Offelegh' Lincoln' diocesis ac executores ultime voluntatis recolende memorie Roberti episcopi London' executoris bone memorie Nigelli Loryng militis defuncti pro fundacione et dotacione cuiusdam cantarie pro dicti Nigelli Loryng et parentum suorum animarum salute in ecclesia parochiali de Chalgrave dicte Lincoln' diocesis faciende dicto domino nostro pape porrecta et presentata fore vera ac dictos patronos patronatum dicte ecclesie ad hoc donasse et dimississe. Cetera que [*Folio 89*] omnia et singula de iure requisita in hac parte preacta fuisse et esse et diligenter observata. Idcirco dictam cantariam pro tribus capellanis in predicta ecclesia de Chalgrave auctoritate nobis in hac parte commissa secundum formam litterarum apostolicarum nobis in hac parte directarum instituimus dictam que ecclesiam beate Marie Magdalene de Offelegh' cuius fructus redditus et proventus deducta sufficiente porcione vicarii eiusdem ecclesie sibi ab

antiquo assignata de qua eciam ipsius ecclesie de Offelegh' perpetuus vicarius pronunc existens reputat se contentum sexaginta marcarum sterlingorum secundum communem estimacionem valorem annuum non excedunt predicte cantarie auctoritate predicta et secundum formam antedictam imperpetuum unimus annectimus et incorporamus cum suis iuribus et pertinenciis universisque. Ita quod cedente vel decedente rectore dicte ecclesie de Offelegh' qui nunc est vel ecclesiam ipsam alias quomodolibet dimittente liceat prefatis capellanis per se vel alium vel alios corporalem possessionem dicte ecclesie de Offelegh' iurium que et pertinenciarum predictorum auctoritate propria libere apprehendere et perpetuo retinere ac ad vicariam predictam quociens illam vacare contigerit personam ydoneam loci ordinario prout rectores dicte ecclesie facere consueverunt presentare valeant archiepiscopi loci et cuiuscumque alterius licencia super hoc minime requisita. Et quod predicti capellani racionabilia et honesta statuta per predictos executores et patronos facta et facienda observent secundum omnem vim formam et effectum dictarum litterarum apostolicarum. Super quibus omnibus et singulis decernimus nostras litteras patentes sigillo nostro consignandas in forma competenciori et instrumentum publicum sive publica instrumenta per magistros Thomam Cotyngwyth' Johannem Perche et Johannem Stevenys clericos notarios publicos dicti magistri Henrici Waare atque nostri in hac parte registrarios et scribas qui premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur agebantur et fiebant separatim et successive interfuerunt fieri et conscribi fecimus in fidem et testimonium omnium premissorum, indempnitate episcopi Lincoln' et archidiaconi Huntyngdon' in omnibus reservatis. Data et acta sunt hec quo ad finalem pronunciacionem et decretum premissa et probacionem eorundem vicesimo secundo die mensis Augusti anno domini secundum cursum et computacionem ecclesie Anglicane millesimo cccc^{mo} undecimo Indiccione quarta Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Johannis divina providencia pape vicesimo tercii anno secundo, in quodam oratorio infra hospicium vocatum Christofreysynne in villa in villa[1] de Wokesbrydge London' diocesi situata. Presentibus tunc ibidem discretis viris magistro Ricardo Brynkele decano ecclesie beate Marie de Arcubus London', Willelmo Milton' archidiacono Buk' in ecclesia Lincoln', Johanne Bathe Sarum canonico et aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Nota composicio percipiend' xx s. racione episcopi Lincoln'. Subsequenter vero nos Thomas archiepiscopus executor sive iudex unicus a sede apostolica delegatus supradictus vicesimo quarto die Octobris anno domini millesimo cccc^{mo} duodecimo Indiccione sexta Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini

[1] *Sic.*

Johannis divina providencia pape vicesimo suprascripti tercii anno tercio, in maiori camera manerii nostri de Lamheth' prefatis Simone Kempston' pro dicto venerabili fratre nostro domino Lincoln' episcopo et nomine procuratoris eiusdem et Thoma Beket procuratore dictorum executorum et nomine procuratoris pro eisdem coram [*Folio 89v*] nobis pro tribunali sedentibus comparentibus et indempnitatem prefati venerabilis fratris nostri et ecclesie sue Lincoln' in hac parte assignari per nos et taxari instanter postulantibus ad dictorum procuratorum peticionem et instanciam et de eorum consensu expresso indempnitatem huiusmodi ad viginti solidos sterlingorum singulis annis in festo sancti Michaelis dicto venerabili fratri nostro et suis successoribus post possessionem dicte ecclesie per dictos capellanos adeptam solvendos assignavimus et assignamus ac taxavimus et taxamus per decretum. Et ego Thomas Cotyngwyth' clericus Ebor' publicus auctoritate apostolica notarius et prefati magistri Henrici War' subdelegati sive commissarii antedicti in negocio predicto et inter partes predictas actorum scriba in premissis omnibus et singulis dum sit ut premittitur per dictum magistrum Henricum subdelegatum sive commissarium et coram eo prout in duabus peciis pergameni simul conglutinatis atque consutis plenius superius continetur sub anno domini millesimo cccc^{mo} decimo Indiccione tercia Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Johannis divina providencia pape vicesimo tercii anno primo mensis Junii die duodecima in ecclesia beate Marie de Arcubus London' necnon anno domini predicte Indiccione quarta Pontificatu et loco predictis diebus decimo et vicesimo nono mensis Octobris die que octavo mensis Novembris et decimo nono die mensis Januarii ac eciam anno domini millesimo cccc^{mo} undecimo Pontificatus dicti sanctissimi patris domini Johannis pape antedicti anno secundo et loco predicto diebus quarto decimo quinto mensis Julii agerentur et fierent presens personaliter interfui una cum magistris Johanne Perche et Johanne Penno clericis Lincoln' diocesis publicis auctoritate apostolica notariis testibus in hac parte requisitis et rogatis eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi ac aliunde multipliciter occupatis per alium scribi feci publicavi et in hanc publicam formam redegi manu propria me hic subscribendo et subscripsi ac signum meum consuetum presentibus apponendo et apposui in fidem et testimonium premissorum de mandato dicti magistri Henrici War' subdelegati sive commissarii antedicti eciam ad hoc per partem dictorum Gerardi Braybrok' militis Edmundi Hampden' armigeri et Johannis Wyke clerici rogatus instanter et requisitus. Constat michi Thome notario et scribe antedicto de rasuris illarum diccionum omnibus, et in decima tercia Marie iuridica que et pertinenciis in decima septima oporteret in vicesima nona iuridico Barnabe in tricesima nona locorum ac in quadragesima me in quadragesima nona legitimas coram in quinquagesima prima sibi in quinquagesima quarta loco

in septuagesima sexta pro dicto notario in septuagesima octava per dictos ypotheca in septuagesima nona legitimis in centesima suorum in centesima decima quinta reverendi memorie domini Roberti quondam London' episcopi ad fundacionem et dotacionem cuiusdam pro bone memorie Nigelli Loryng in centesima tricesima quarta patronorum in centesima quadragesima secunda semper in centesima quadragesima septima deposiciones in centesima quinquagesima septima dicte in centesima septuagesima liniis necnon de interliniacionibus illarum diccionum Marie habendos alios pont' illorum eciam pro nostri et militis defuncti et parentum suorum animarum salute in ecclesia et in presenti instrumento rasis et interliniatatis quos approbo ego Thomas notarius memoratus. Et ego Johannes Perche clericus Lincoln' diocesis publicus [*Folio 90*] apostolica auctoritate notarius Curieque Cant' registrarius et eiusdem Curie registrorum custos quia testimonium primo superius memoratorum omnium et singulorum videlicet Johannis Wellys Roberti Rogers Ricardi Campyon Willelmi Kylbesse Thome atte Hurst Johannis Carles Johannis atte Mode Ricardi Grubbe Reginaldi Smyth' Thome Campyon Thome Wellys et Johannis Bone chyvaler penultimo die mensis Novembris anno domini millesimo cccc^{mo} decimo secundum cursum et computacionem ecclesie Anglicane Indiccione quarta Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Johannis divina providencia pape vicesimo tercii anno primo, in ecclesia beate Marie de Arcubus London' produccionem admissionem et iuramentorum prestacionem ipsorumque testium cum potestate concordandi dicta et deposiciones eorundem commissioni quorum quidem testium vigore commissionis huiusmodi quamplures videlicet Johannem Wellys Robertum Rogers Ricardum Campyon Willelmum Kylbesse Ricardum Grubbe Reginaldum Smyth' Johannem atte Mode Johannem Carles Thomam Campyon et Johannem Bone chyvaler tercio die mensis Decembris anno domini Indiccione et Pontificatu quibus supra ego dictus Johannes Perche in hospicio habitacionis mee in parochia sancte Fidis virginis London' situata, in presencia Johannis Wryght' notarii publici Norwycen' diocesis scribe mei in hac parte per me assumpti super dictis articulis per partem prefatorum executorum ut prefertur propositis diligenter et fideliter secrete que et singillatim examinacioni et per dictum Johannem Wryght' notarium ipsorum testium dicta et deposiciones scribi feci prefatorum que testium sic executorum omnium et singulorum et aliorum in dicta causa tunc productorum et exhibitorum publicacioni ac termini ad dicendum contra eadem producta et exhibita assignacioni quarto die dicti mensis Decembris anno domini Indiccione Pontificatu ac ecclesia beate Marie de Arcubus London' predicta factis necnon prefatorum testium ultimo ut prefertur productorum, videlicet domini Ricardi Parchymener' capellani Thome Osbern' Nicholai Bagenhale domicelli Johannis Wellys Ricardi Campyon Petri Mabon' Simonis Hadyngton' et

Willelmi Wykes in dicta ecclesia beate Marie de Arcubus London' octavo die mensis Julii anno domini millesimo cccc^mo^ undecimo Indiccione quarta et Pontificatus dicti domini nostri Johannis pape vicesimo tercii anno secundo produccionem admissionem et iuramentorum prestacionem et examinacionem commissioni quorum quidem testium huiusmodi dictos primos sex in prefata ecclesia beate Marie de Arcubus et duos ultimos eorundem in prefato hospicio mei dicti Johannis Perche prefato octavo die dicti mensis Julii anno domini Indiccione et Pontificatu quibus proximo supra in presencia dicti Johannis Wryght' notarii publici diligenter et fideliter secrete que et singillatim examinavi ac ipsorum dicta et deposiciones per eundem notarium in scriptis redegi feci presens personaliter interfui ea que omnia et singula sic ut prefertur fieri vidi et audivi. Ideo que manu propria me hic subscripsi ac signum meum presentibus apposui in fidem et testimonium omnium et singulorum per me superius recitatorum per partem dictorum executorum ad hoc rogatus specialiter et requisitus. Et constat michi eidem notario de verbis penultimo die mensis Novembris[1] supra secundam lineam presentis subscripccionis mee per me scriptis defectum proprium corrigendo. Et ego Johannes Stevenys clericus Exon' diocesis publicus auctoritate apostolica notarius premissis finali pronunciacioni et decreto ac probacioni [*Folio 90v*] eorundem dum sic ut premittitur sub anno domini Indiccione Pontificatu mense die et loco suprascriptis in presencia testium suprascriptorum et per prefatum reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Thomam dei gracia archiepiscopum Cantuarien' executorem sive iudicem delegatum et ipsius unie vocis oraculo in scriptis agebantur et fiebant necnon assignacioni et taxacioni indempnitatis ad viginti solidos dum sic subsequenter ut premittitur sub anno domini Indiccione Pontificatu mense die et loco predictis in presencia venerabilium virorum magistri Ricardi Talbot ecclesie Hereforden' precentoris domini Thome Grey militis Edmundi Langford' rectoris ecclesie de Asfordby Dunoln' et Lincoln' diocesium et aliorum plurimum testium ad hoc vocatorum et rogatorum et per prefatum reverendissimum patrem archiepiscopum Cant' executorem que sive iudicem delegatum sue unie vocis oraculo ad instanciam et peticionem subscriptorum procuratorum eciam agebantur et fiebant presens personaliter interfui dictaque finalem pronunciacionem decretum et probacionem assignacionem et taxacionem sic fieri vidi et audivi necnon do et super eisdem hoc presens publicum instrumentum de mandato dicti reverendissimi patris confeci scribi feci publicavi et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium premissorum.

Et nos Philippus permissione divina Lincoln' episcopus visis diligenter et inspectis litteris suprascriptis predicta cantarie pro

[1] This date is underlined in the text.

quondam Nigelli Loryng militis et parentum suorum animabus in ecclesia parochiali de Chalgrave nostre diocesis divina officia perpetuo celebraturis institucionem ac eidem cantarie ecclesie parochialis beate Marie Magdalene de Offelegh' dicte nostre diocesis unionem anneccionem et incorporacionem necnon indempnitatis nostre et ecclesie nostre Lincoln' in hac parte assignacionem et taxacionem, ceteraque omnia et singula per prefatum reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Thomam dei gracia Cantuar' archiepiscopum tocius Anglie primatem et apostolice sedis legatum executorem sive iudicem delegatum unicum a sede apostolica ad premissa specialiter deputatum et sua auctoritate ut premittitur facta habita atque gesta rata habente et grata eisdem pro nobis et successoribus nostris consentimus et assentimus ac consensum et assensum nostros adhibemus eaque quatenus in nobis est ve ad nos attinet nostra ordinaria auctoritate approbamus ratificamus et confirmamus in hiis scriptis episcopalibus iuribus et consuetudinibus ac nostre Lincoln' ecclesie dignitate in omnibus semper salvis. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' quoad dicti sigilli nostri apposicionem in hospicio nostro apud Vetus Templum London' vicesimo quarto die mensis Marcii anno ab Incarnacione domini secundum cursum et computacionem ecclesie Anglicane millesimo cccc^{mo} duodecimo finiente, et nostre consecracionis anno octavo.

[*Folio 91*]

Universis[1] Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Gerardus Braybrok' miles Edmundus Hamden' armiger et Johannes Wyke clericus executores testamenti recolende memorie Roberti Braybrok' quondam episcopi London' Rogero Albryghton' uno coexecutorum nostrorum vita functo quibusdam vero aliis ad administrandum nobiscum non admissis salutem in domino sempiternam et presentibus dare fidem universitati vestre notum facimus per presentes quod nuper nos cum predicto Rogero Albryghton' coexecutore nostro de licencia metuendissimi domini nostri Regis Henrici Anglie post conquestum quarti nobis ad hoc per suas litteras graciose concessa fecimus fundavimus et stabilivimus quandam cantariam perpetuam trium capellanorum divina in ecclesia parochiali de Chalgrave pro animabus Nigelli Loryng militis ac Roberti Braybrok' quondam episcopi London' et omnium fidelium defunctorum iuxta ordinacionem nostram vel executorum meorum inde faciendam celebraturos ac subsequenter dedimus concessimus et per cartam nostram confirmavimus magistro et capellanis eiusdem cantarie unum mesuagium cum pertinenciis in Chalgrave vocatum Oldorchard' ac advocacionem ecclesie de Offelegh' habendum et tenendum eisdem magistro et capellanis ac successoribus suis imperpetuum prout in eisdem litteris regiis et nostris inde confectis plenius

[1] The rest of the Chalgrave entry is in a different hand.

continentur quarum tenores sequuntur per ordinem in hec verba. Henricus dei gracia Rex Anglie et Francie et dominus Hibernie omnibus ad quos presentes littere provenerint salutem. Sciatis quod de gracia nostra speciali concessimus et licenciam dedimus pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est Gerardo Braybrok' chivaler Edmundo Hamden' armigero Rogero Albryghton' clerico et Johanni Wyke clerico quod ipsi vel executores sui quandam cantariam perpetuam trium capellanorum divina in ecclesia parochiali de Chalgrave pro animabus Nigelli Loryng militis ac Roberti Braybrok' nuper episcopi London' et pro animabus omnium fidelium defunctorum iuxta ordinacionem predictorum Gerardi Edmundi Rogeri et Johannis vel executorum suorum inde faciendam celebraturos facere fundare et stabilire possint et quod cantaria illa cantaria per se privata et incorporata existat imperpetuum. Ac eciam quod de capellanis predictis unus sit magister ac magister cantarie de Chalgrave nuncupetur quodque predicti magister et capellani ac successores sui sint habiles ad perquirendum capiendum et recipiendum terras tenementa et alios possessiones quascumque sibi et successoribus suis imperpetuum. Ac eciam quod idem magister sit persona habilis et successores sui sint persone habiles [implitari] ac defendere et implitare alios per nomen magistri cantarie de Chalgrave et habeant unum commune sigillum imperpetuum. Et ulterius de ulteriori gracia nostra concessimus et licenciam dedimus pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est prefatis Gerardo Edmundo Rogero et Johanni quod ipsi vel executores sui postquam cantaria predicta ut premittitur fundata existat dare et assignare possint prefatis magistro et capellanis unum mesuagium cum pertinenciis in Chalgrave vocatum Oldorchard' ac advocacionem ecclesie de Offelegh' que de nobis non tenentur ut dicitur habendum et tenendum eisdem magistro et capellanis et successoribus suis imperpetuum. Et quod iidem magister et capellani mesuagium predictum cum pertinenciis et advocacionem predictam a prefatis [*Folio 91*v] Gerardo Edmundo Rogero et Johanne vel executoribus suis recipere possint et tenere sibi et successoribus suis magistro et capellanis cantarie predicte ad divina iuxta ordinacionem predictam faciendam celebraturis imperpetuum. Ita quod predicti magister et capellani et successores sui ecclesiam predictam appropriare et eam sic appropriatam in proprios usus tenere possint sibi et successoribus suis imperpetuum. Statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendum edito seu aliquo alio statuto sive causa quacumque non obstante. Proviso semper quod quedam competens summa argenti de fructibus et proficuis dicte ecclesie de Offelegh' per predictos magistrum et capellanos et successores suos pauperibus parochianis eiusdem ecclesie de Offelegh' annuatim solvatur et distribuatur et quod vicaria predicte ecclesie de Offelegh' secundum valorem eiusdem sufficienter dotetur iuxta ordinacionem loci illius diocesani in hac parte faciendam ac formam statuti inde editi et

provisi. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium primo die Octobris anno regni nostri octavo. Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Gerardus Braybrok' miles Edmundus Hamden' armiger Rogerus Albryghton' clericus et Johannes Wyke clericus executores testamenti recolende memorie Roberti Braybrok' nuper episcopi London' salutem in domino et indubiam fidem presentibus adhibere. Cum metuendissimus dominus noster Henricus Rex Anglie post conquestum quartus per suas litteras patentes nobis vel executoribus nostris unam cantariam perpetuam trium capellanorum divina in ecclesia parochiali de Chalgrave pro animabus Nigelli Loryng militis ac Roberti Braybrok' nuper episcopi London' et pro animabus omnium fidelium defunctorum iuxta ordinacionem nostram vel executorum nostrorum inde faciendam celebraturos faciendi fundandi et stabiliendi et quod cantaria illa cantaria per se privata et incorporata existat imperpetuum. Ac eciam quod de capellanis predictis unus sit magister ac magister cantarie de Chalgrave nuncupetur quodque predicti magister et capellani ac successores sui sint habiles ad perquirendum capiendum et recipiendum terras tenementa et alias possessiones quascumque sibi et successoribus suis imperpetuum. Adque idem magister sit persona habiles implitari ac defendere et implitare alios per nomen magistri cantarie de Chalgrave et habeant unum commune sigillum imperpetuum licenciam specialem dederit et concesserit prout in ipsius domini nostri Regis litteris inde confectis plenius continetur. Nos Gerardus Edmundus Rogerus et Johannes executores predicti licenciam huiusmodi regiam volentes exequi cum effectu unam cantariam perpetuam trium capellanorum divina in ecclesia parochiali de Chalgrave pro animabus predictorum Nigelli Loryng militis ac Roberti Braybrok' nuper episcopi London' et omnium [*Folio 92*] defunctorum iuxta nostram ordinacionem perpetuo celebraturos facimus fundamus et stabilimus per presentes. Volumusque et ordinamus quod cantaria illa sit cantaria per se privata et incorporata imperpetuum. Et quod de capellanis predictis unus sit magister ac magister cantarie de Chalgrave nuncupetur quodque predicti magistri et capellani ac successores sui sint habiles ad perquirendum et recipiendum terras tenementa et possessiones alias quascumque sibi et successoribus suis imperpetuum. Ac eciam quod idem magister sit persona habilis et successores sui sint persone habiles implitari ac defendere et implitare alios per nomen magistri cantarie de Chalgrave et habeant unum commune sigillum imperpetuum. Volumus insuper et ordinamus quod singuli capellani in cantaria predicta ponendi tam primi quam eorum successores quicumque per nos quamdiu vixerimus vel per illos nostrum qui successive supervixerint eciam si unum solum nostrum superesse contigerit in eadem ponentur et instituantur nec alia institucione induccione vel admissione indigeant qualicumque donec super hoc

per nos vel eos seu eum nostrum qui supervixerent vel supervixerit aliter fuerit ordinatum. Et pro ista prima vite sint ibi capellani ex nostra posicione et ordinacione Ricardus Parchemener Thomas Nougell' et Willelmus Broun capellani qui et eorum successores sint perpetui capellani cantarie predicte. Super plenioribus et expressioribus modis forma et observanciis quibus cantaria huiusmodi tam in celebracione divinorum quam in aliis statum et regimen ipsius cantarie concernentibus dirigetur imposterum statuendi ordinandi et plenius disponendi nobis seu illis vel illi nostrum qui diutius supervixerunt vel supervixerit plenam et liberam potestatem tenore presencium. In cuius rei testimonium presentibus sigilla nostra apposuimus. Dat' London' vicesimo quinto die mensis Marcii anno regni Regis Henrici quarti post conquestum Anglie decimo. Sciant presentes et futuri quod nos Gerardus Braybrok' miles Edmundus Hamden' armiger Rogerus Albryghton' clericus et Johannes Wyke clericus executores testamenti recolende memorie Roberti Braybrok' nuper episcopi London' de licencia speciali metuendissimi domini nostri Henrici Regis Anglie post conquestum quarti prout per ipsius domini nostri Regis litteras inde confectas plenius pater nobis graciose concessa dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus dilectis nobis Ricardo Parchemener magistro ac Thome Nougell' et Willelmo Broun capellanis cantarie perpetue in ecclesia parochiali de Chalgrave pro animabus Nigelli Loryng militis ac Roberti Braybrok' quondam episcopi London' predicti et omnium fidelium defunctorum per nos facte fundate et stabilite prout in litteris nostris inde confectis plenius continetur unum mesuagium cum pertinenciis in Chalgrave [*Folio 92*v] vocatum Oldorchard' ac advocacionem ecclesie de Offelegh' in comitatu Hert' habendum et tenendum eisdem magistro et capellanis et successoribus suis pro dotacione cantarie predicte ac sustentacione magistri et capellanorum huiusmodi imperpetuum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus apposuimus. Dat' London' vicesimo septimo die mensis Marcii anno regni Regis Henrici quarti post conquestum Anglie decimo. Nos vero auctoritate licencie regie predicte et potestatis nobis a iure attribute et per nos ut premittitur reservate ad ulteriorem pleniorem et clariorem ordinacionem cantarie predicte perpetuo observandam procedere intendentes Christi nomine invocato.

In primis statuimus et ordinamus quod postquam magister et capellani cantarie predicte possessionem ecclesie parochialis de Offelegh' vigore unionis anneccionis et incorporacionis ipsius ecclesie auctoritate apostolica dicte cantarie factarum primum apprehenderint et possederint per unum annum integrum pacifice et quiete vel per eos steterit quominus possessionem huiusmodi taliter apprehendere et obtinere poterint ad onera ordinaciones et statuta infrascripta supportanda et subeunda post annum huiusmodi integraliter effluxum et non ante teneantur et artentur.

Item volumus statuimus et ordinamus quod magister dicte cantarie pro tempore existens per se ministros et deputatos suos fructus redditus et proventus ecclesie de Offelegh' antedicte colligat percipiat administret ac de et super eisdem ordinet et disponat sicut est in ea parte inferius ordinatum.

Item volumus statuimus et ordinamus quod capellani predicti pro tempore existentes magistro dicte cantarie cuicumque pro tempore existenti reverenciam et obedienciam tempore recepcionis sue facient et prestabunt sub forma que sequitur, videlicet, Ego N. presbyter in diocesi ad cantariam de Chalgrave admissus et receptus iuro ad hec sancta dei evangelia per me corporaliter tacta quod tibi N. magistro eiusdem cantarie in hiis que ad officium magistri tui spectare dinoscuntur in licitis et canonicis mandatis ero obediens et intendens sicut me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia.

Item statuimus et ordinamus quod magister et capellani predicti communiter cohabitent comedant conversentur et pernoctent in quodam manso iuxta ecclesiam de Chalgrave predicta per felicis memorie Robertum Braybrok' episcopum London' supradictum per eorum inhabitacione constructo et edificato habeatque magister predictus pro seipso cameram principaliorem ac iuxta ipsius beneplacitum utrique sociorum suorum assignet cameram competentem.

Item statuimus et ordinamus quod quilibet magister cantarie predicte pro tempore existens utrique dicte cantarie capellano consocio suo pro tempore existenti nomine salarii pro victu et vestitu ac aliis necessariis quibuscumque decem marcas ad quatuor anni terminos, videlicet, ad festa Natalis domini Pasche Nativitatis sancti Johannis Baptiste et sancti Michaelis Archangeli per equales porciones ac episcopo Lincoln' sede ecclesie Lincoln' pleno seu capitulo Lincoln' sede predicta vacante pro ipsius ecclesie Lincoln' indempnitate [*Folio 93*] pretextu unionis predicte ecclesie de Offelegh' dicte cantarie ut premittitur facte viginti solidos necnon archidiacono Huntyngdon' pro sua indempnitate in hac parte quadraginta denarios solvet et inter pauperes parochianos predicte ecclesie de Offelegh' prout sibi melius expedire videbitur eligendos quadraginta solidos sterlingorum distribuet seu sic solvi et distribui faciet annuatim libros quoque calices et ornamenta eidem cantarie iam collata et imposterum confederenda decenter et honeste ac debite conservabit eaque et mansum habitacionis predictum ac cancellum dicte ecclesie de Offelegh' cum domibus necessariis ad rectoriam ipsius ecclesie pertinentibus et spectantibus congrue prout opus fuerit sustentabit reficiet reparabit et si depredita aut vetustate corrupta seu consumpta fuerint loco depreditorum corruptorum seu consumptorum huiusmodi nova competencia fieri et restaurari faciet panemque vinium et candelas cereas, cetera quoque pro missis per ipsum et predictos capellanos consocios suos celebrandis congruencia exhibebit et generaliter omnia et singula onera episcopalia archidiaconalia ordinaria et extraordinaria prefate ecclesie de Offelegh'

qualitercumque de iure incumbencia et spectancia subibit et supportabit propriis suis sumptibus et expensis. Residuum vero omnium et singulorum fructuum redditiuum et proventuum ecclesie de Offelegh' antedicta post onera huiusmodi per ipsum magistrum ut prefertur soluta et supportata idem magister integre percipiat et de eis disponat prout sibi melius et utilius videbitur faciendum iuxta providenciam desuper sibi datam.

Item statuimus et ordinamus quod nullus magister vel capellanus cantarie memorate extra mansum habitacionis eorum antedictum pernoctet nisi ex causa honesta et racionali iudicio consociorum suorum comprobanda.

Item statuimus et ordinamus quod magister et capellani predicti et eorum successores in predicta cantaria cessante causa legitima sint continue et perpetuo residentes ac nullus eorum ad loca remota se transferat aut ab eadem se absentes ultra triginta dies in anno continuos vel interpolatos et non simul omnes sic se transferre seu absentare presumant quodque tunc sicut in locis honestis et ex honestis causis magistrum tamen predictum nolumus sic artare quin libere possit et debeat negociis se et socios suos predictos statumque et utilitatem dicte cantarie concernentibus vacare et intendere quociens opus erit et necessitas id exposcit.

Item statuimus et ordinamus quod magister et capellani supradicti et eorum successores pro statu et unitate ecclesie sancte pro pace et tranquillitate Regis et regni Anglie ac pro Nigelli Loryng militis Roberti Braybrok' olim episcopi London' parentum amicorum benefactorum suorum et omnium fidelium animabus specialiter imperpetuum orabunt ac quotidie in ecclesia de Chalgrave supradicta si impedimentum legitimum non obsistat omnes horas canonicas tam de die quam de beata virgine ac officium mortuorum cum tribus vel novem leccionibus commendacionem quoque animarum [*Folio 53*] et missam cum ad hoc dispositi fuerint necnon ter in ebdomada, videlicet, secunda quarta et sexta feriis septem psalmos penitenciales et quindecim graduales cum letania precibusque et collectis ad letaniam pertinentibus nisi in quadragesima cum dicti psalmi et letania inter horas canonicas secundum usum Sarum dici debeant dicent et celebrabunt et eorum quilibet sic dicet et celebrabit excepto quod magistrum predictum ad dicendum vel celebrandum ut premittitur in predicta ecclesia de Chalgrave hiis dumtaxat temporibus quibus eum pro negociis predicte cantarie exterius occupari oportebit teneri nolumus vel artari.

Item volumus statuimus et ordinamus quod omnes et singuli capellani antedicti tam magister quam consocii sui et eorum successores singulis diebus dominicis et festivis nisi impedimentum legitimum subsistat missis matutinis et vesperis in predicta ecclesia de Chalgrave dicendis superpelliciis decentibus et honestis eorum sumptibus propriis exhibendis indicti ut per eos cultus divinus augmentetur interfuit legantque cantent et ministrent humiliter et

honeste iuxta assignacionem capellani cuiuscumque curam predicte ecclesie de Chalgrave pro tempore excercentis.

Item volumus et ordinamus quod cuilibet capellanorum predictorum dicte cantarie alteri circa missarum celebracionem mutuum impendet obsequium nisi auxilium sufficiens affuerit aliunde.

Item statuimus et ordinamus quod quociens aliquem magistrum predicte cantarie pro tempore existentem postquam iidem magister et capellani possessionem ecclesie de Offelegh' assecuti fuerint ut prefertur decedere magistratui huiusmodi cedere sive renunciare religionem ingredi beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura assequi ipso magistratu suo privari vel ab eodem quocumque modo legitime amoveri contigerit alius presbyter ydoneus providus et honestus per episcopum Lincoln' pro tempore existentem sede ecclesie Lincoln' plena vel per capitulum eiusdem ecclesie sede predicta vacante in magistrum cantarie predicte preficiatur et in eodem infra decem dies tempus vacacionis huiusmodi episcopi predicti sede plena vel dicto capitulo sede ut prefertur vacante per litteras patentes ceterorum capellanorum cantarie predicte sigillo communi eorundem consignatas notificate et intimate proxima et immediate sequentes instituatur ac in eiusdem magistratus realem et corporalem possessionem infra quinque dies tempus perfeccionis et institucionis huiusmodi proxima sequentes episcopi predicti sede plena aut dicti capituli sede vacante auctoritate iudicatur archidiaconi loci et ceterorum inferiorum quorumcumque in premissis assensu et auctoritate minime requisitis. Quod si episcopus predictus sede plena vel capitulum predictum sede vacante magistrum huiusmodi perficere et instituere, ceteraque peragere ut prefertur distulerit ultra tempora superius limitata extunc ipsius magistri perfeccio institucio et induccio ad priorem prioratus de Dunstaple qui pro tempore fuerit solum et insolidum [*Folio 94*] ea vice spectent et pertineant ipso facto. Cum autem locas alicuius inferioris capelli capellanorum predictorum quocumque modo vacare contigerit infuturum volumus statuimus et ordinamus quod aliorum capellanorum ad loca sic vacancia nominacio et ipsorum ad cantariam predictam assignacio perfeccio et ordinacio ad nos Gerardum Edmundum et Johannem quamdiu vixerimus coniunctim et ad duos vel unum nostrum successive quamdiu duo vel unus nostrum supervixerint vel supervixerit ac post mortem omnium nostrum ad predicte cantarie magistrum pro tempore existentem solum et insolidum spectent libere et pertineant absque auctoritate et assensu alterius cuiuscumque dumtamen idem magister infra decem dies a tempore vacacionis huiusmodi alium presbyterum nominet perficiat ordinet et assignet. Alioquin nominacio perfeccio ordinacio et assignacio huiusmodi ad priorem prioratus de Dunstaple pro tempore existentem ipso facto spectent et pertineant ea vice. Iurentque magister et capellani supradicti omnes et singuli et eorum successores tempore perfeccionis institucionis nominacionis

ordinacionis et assignacionis predictarum quod omnia et singula ordinaciones et statuta nostra in hac parte edita fideliter observabunt iuxta modum et formam inferius annotatos. Nosque Gerardus Edmundus et Johannes executores predicti episcopum capitulum priorem et magistrum supradictos ac eorum unumquemque quatenus ad se attinet et eorum consencias quantum cum deo possumus oneramus quod tales personas in hac parte perficiant instituant nominent ordinent et assignent quas coram deo verisimiliter reputent ad ministrandum et deserviendum in premissis et circa ea habiles ydoneas et honestas forma autem iuramenti quam quilibet magister et capellani predicte cantarie pro tempore existentes prestabunt tales est. Ego N. presbyter in diocesi iuro ad hoc sancta dei evangelia per me corporaliter tacta quod statuta et ordinaciones cantarie de Chalgrave Lincoln' diocesis et contenta in eisdem quatenus eorum observacio personam meam continget et ad me attinet pro posse meo fideliter observabo et eorum aliquod fraudulenter vel maliciose non infringam sicut me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. Predictos vero magistrum et capellanos et eorum successores omnes et singulos episcopo Lincoln' et eius ministeriis ac archidiacono loci parere obedire et subesse volumus in licitis et canonicis prout iura volunt premissis nostris ordinacionibus et statutis non obstantibus quo modo.

Item statuimus et ordinamus quod quilibet magister cantarie predicte infra quindecim dies post perfeccionem institucionem et induccionem suas huiusmodi de ceterorum capellanorum consociorum suorum consilio plenum et fidele inventarium indentatum tripartitum faciet de omnibus et singulis bonis mobilibus in dicta cantaria et locis eidem spectantibus ubilibet repertis cuius inventarii ut prefertur tripartiti unam partem penes dictum magistrum alteram penes ceteros capellanos consocios suos supradictos et terciam penes priorem et conventum de Dunstaple volumus remanere.

[*Folio 94v*]

Item statuimus et ordinamus quod si magister predictus aliquis ve capellanus cantarie supradicte quodcumque aliud officium vel beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura officium decanatus ruralis seu officialitatis obtinuerit admiserit vel receperit statim omni iure et titulo quod et quem in ipsa cantaria seu ad ipsam prius habuit vel se habere pretendebat sit ipso facto privatus ac per loci ordinarium pro taliter privato si oporteat denunciatus et declaratus et in loco ipsius sic privati alius presbyter ydoneus nullum beneficium ecclesiasticum obtinens subrogetur sub modo et forma superius expressatis.

Item statuimus et ordinamus quod si magister cantarie predicte bonorum ipsius cantarie dissipator seu dilapidator aut ipse seu aliquis capellanorum predictorum fornicator publicus adulter tabernam ex more frequentans ex consuetudine ebriosus in gestura

vel apparatu inordinatus seu lascivus canes venaticos tenens ex consuetudine venacionem excercens vel alio crimine gravi et notabili irretitus et super aliquo criminum seu viciorum huiusmodi legitime convictus fuerit extunc omni iure et titulo quod et quem in dicta cantaria seu ad eam habuit seu se habere pretendebat sit ipso facto privatus ac per loci ordinarium pro taliter privato si oporteat denunciatus et declaratus et in loco ipsius sic privati alius capellanus ydoneus subrogetur modo et forma superius limitatis.

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis predictorum magistri et capellanorum infirmitate vel defectu superveniente teneatur aut gravetur quominus in predicta cantaria iuxta ipsius ordinacionem deservire valeat ab ipsa cantaria sive stipendii seu salarii sui percepcione in hac parte infirmitatis seu defectus huiusmodi pretextu minime excludatur sed infirmitate ac defectu predictis perdurantibus oracionibus et aliis pietatis operibus insistat devocius iuxta posse.

Item statuimus et ordinamus quod presentes littere nostre ordinacionem et statuta predicte cantarie in se ut premittitur continentes una cum omnibus aliis litteris et munimentis ad ipsam cantariam spectantibus in quadam cista ferro ligata et duabus clavibus serata ad hoc per nos ordinata ponantur et in aliquo securo loco ecclesie sive prioratus de Dunstaple antedicte custodiantur et conserventur claviumque predictarum una in magistri predicte cantarie pro tempore existentis et altera in prioris prioratus predicti qui pro tempore fuerit custodia remaneant, ita quod absque sciencia et voluntate prioris et magistri predictorum cista huiusmodi minime aperiatur, statuimusque quod de quibuscumque abstractis seu remotis ab eadem cista per modum inventarii cedula conscribatur in ipsa cista usque ad reposicionem abstractorum seu remotorum huiusmodi fideliter conservandi.

Item statuimus et ordinamus quod supradicta ordinaciones et statuta nostra littera [*Folio 95*] legibili et aperta de verbo ad verbum in aliquo missali vel portiforio dicte cantarie seu ecclesie de Chalgrave antedicta transcribantur et intitulentur ut possint imposterum perpetuo memoriter retineri. Et quociens dicta scriptura corrupta fuerit aut consumpta magister predictus eam suis sumptibus infra mensem faciet in eodem libro vel in alio magis durabili congrue renovari.

Et quia nichil potest humana providencia ita firmiter statui vel stabiliri quin ex certis causis emergentibus possit in dubium revocari ad interpretandum diminuendum et in competenciorem formam redigendum presentem nostram ordinacionem cantarie antedicte et eidem addendum nobis coniunctim dum vixerimus ac duobus aut uni nostrum qui diutius supervixerint vel supervixerit plenam et liberam potestatem tenore presencium reservamus. In quorum omnium testimonium atque fidei presentibus sigilla nostra apposuimus. Dat' London' primo die mensis Marcii anno domini incarnacionis secundum cursum et computacionem ecclesie

Anglicane millesimo quadringentesimo duodecimo, et regni Regis Henrici quarti post conquestum Anglie anno quarto decimo.

Et nos Philippus miseracione divina Lincoln' episcopus supradicta statuta et ordinacionem cantarie de Chalgrave antedicta pia considerantes et honesta ac racione consona ea nostra auctoritate ordinaria quantum in nobis est et ad nos attinet approbamus ratificamus et tenore presencium confirmamus episcopalibus iuribus et consuetudinibus ac iure Lincoln' ecclesie dignitate in omnibus semper salvis. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' quo ad dicti sigilli nostri apposicionem in hospicio nostro apud Vetus Templum London' xxiiij die mensis Marcii anno ab incarnacione domini secundum cursum et computacionem ecclesie Anglicane millesimo cccc^{mo} duodecimo finiente, et nostre consecracionis anno octavo.[1]

[*Folio 96*]

1413. September 14th, Sleaford. Letters dimissory to William Partrich (Partrych), acolyte, and to John Wallington (Walyngton'), clerk, to all orders. [B.]

1413. October 20th, Coningsby. Permission to Henry Welles, archdeacon of Lincoln, to carry out his customary visitation of the deaneries of Horncastle and Hill, pending the bishop's visitation of the archdeaconry, without prejudice to episcopal rights.

Licencia pro archidiacono quod possit visitare certas decanatus pendente visitacione episcopi. Philippus permissione divina Lincoln' episcopus dilecto filio magistro Henrico Welles archidiacono Lincoln' in ecclesia nostra Lincoln' salutem graciam et benediccionem. Porrecte nobis nuper peticionis tue series continebat quod ex antiquo consuetudine decanatus de Horncastell' et Hill' dicti tui archidiaconatus singulis annis cito post festum sancti Luce evangeliste consueveras visitare, quam quidem visitacionem tuam hoc instanti anno pendente visitacione nostra quam in dicto tuo archidiaconatu auctoritate nostra ordinaria actualiter excercemus de presenti ne in preiudicium visitacionis nostre aliquid attemptaris sine licencia nostra minime audes excercere, unde nobis supplicasti quatinus licenciam tibi in hac parte de dono gracie specialis concedere dignaremur. Nos enim in hac parte graciam tibi volentes facere specialem ut dictos decanatus in forma iuris visitare et procuraciones debite occasione visitacionis huiusmodi non obstante visitacione nostra predicta dummodo eidem visitacioni nostre per hoc non fiat preiudicium aliquale licite recipere valeas licenciam tibi tenore presencium concedimus specialem. Dat' sub sigillo nostro apud Conyngesby vicesimo die mensis Octobris anno domini millesimo quadringentesimo terciodecimo, et consecracionis nostre anno nono.

[1] Folio 95^{v} is blank.

1413. September 21st, Crowland. Letters dimissory to John Sershyr', acolyte, to all orders. [B.]

1413. Letter from the bishop of London (dated October 23rd), forwarding a mandate from Archbishop Arundel (dated September 24th) for special prayers and processions for peace, freedom from pestilence, and the extirpation of heresy.

Mandatum archiepiscopi pro processionibus.[1] Reverendo in Christo patri ac domino domino Philippo dei gracia Lincoln' episcopo Ricardus permissione divina London' episcopus salutem et fraterne dileccionis continuum incrementum. Litteras reverendissimi in Christo patris et domini domini Thome dei gracia Cantuarien' archiepiscopi tocius Anglie primatis et apostolice sedis legati nuper cum ea qua decuit reverencia recepimus in hec verba. Thomas permissione divina Cantuarien' archiepiscopus tocius Anglie primas et apostolice sedis legatus venerabili fratri nostro domino Ricardo dei gracia London' episcopo salutem et fraternam in domine caritatem. Meminimus nos alias vobis scripsisse in forma consueta ad faciendum processiones in singulis quartis et sextis feriis in vestris civitate et diocesi et consimiliter fieri demandandum auctoritate nostra in singulis civitatibus et diocesibus nostre Cantuarien' provincie ad orandum inter cetera pro pace et tranquillitate Regis et regni serenitate acris cessacione mortalitatis et pestilencie ac pro extirpacione sedicionis scismatis et heresis quo populum huius regni a diu dolendum est enormiter infecerunt. Et quia tam plus solito invalescit mortalitas hominum ac pestis illa execrabilis Lollardrie cuius professores demolliri nituntur ecclesiam Christi et loco eius construere ecclesiam malignancium bonis moribus repugnantem obviantem evangelis et penitus alienam a sacrosancta universali ecclesia nisi se ex adverso opponeret Christianissimus in Christo princeps et Rex noster nobilissimus qui in misericordia et mansuetudine huiusmodi delinquentes prius corripi volens demum cum illa via si non posse proficere conspexerit se exhibet in adversarios apostatas legis Christi velut zelatorem legis inclitum Mathathiam vestre igitur fraternitati ut prius mandamus quatinus diligenciam vestram adhibentes quod prefate priores littere nostre quas vobis scripsimus iuxta forma earundem pro premissis exequamini in vestris civitate et diocesi et mandetis auctoritate nostra singulis suffraganeis nostris ut eciam adhibeant diligenciam quod eedem littere in eorum civitatibus et diocesibus consimiliter exequantur. Quod que in processionibus huiusmodi et oracionibus faciendis clerus et populus deo devotus specialius et devocius quo poterunt commend[. . .][2] habeant statum tranquillitate et pacem prefati domini nostri Regis et regni et ut deus de sua immensa misericordia ipsum Christianissimum principem Regem nostrum ad

[1] Not in *Concilia*. [2] Illegible.

vindictam malefactorum laudem vero bonorum et contra istos incentores nequicie et apostatas legis dei ac ad felix regimen huiusmodi regni domini et feliciter nobis conservet mortalitatemque regnantem scismata sediciones et hereses ammoveat ab ecclesia sua ac corda istorum Lollardorum enea que sic adversantur Christo et eius ecclesie reducat ad corda carnea et unitatem ecclesie et non ultra permittat Petri naviculam tot procellosis fluctibus agitari. Et ut clerum et populum ad premissa propensius excitemus de dei omnipotentis immensa misericordia et gloriosissime virginis Marie matris eiusdem [*Folio 96v*] ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius necnon sanctorum Alphegi et Thome martirum patronorum nostrorum omnium que sanctorum meritis et precibus confidentes cunctis Christicolis per nostram provinciam Cantuarien' ubilibet constitutis de peccatis suis vero penitentibus contritis et confessis qui huiusmodi processionibus interfuerint et pro premissis pie et devote oraverint quadraginta dies indulgencie tocius quocius concedimus per presentes. Et consimiles indulgencias per vos in diocesi vestra et per alios suffraganeos nostros in diocesibus eorundem elargiri petimus et in domino exhortamur. Dat' sub sigillo nostro in manerio nostro de Lamhith' xxiiij° die mensis Septembris anno millesimo cccc^mo^ xiij°, et nostre translacionis anno xvij°. Quarum auctoritate litterarum vobis reverende pater firmiter iniungendo mandamus quatinus diligenciam vestram adhibeatis in hac parte quod littere priores de quibus premittitur alias ut tredimus vobis scripte iuxta formam earundem plenius exequantur processionesque et oraciones singulis quartis et sextis feriis in vestris civitate et diocesi per clerum et populum vobis subditum iuxta exigenciam litterarum predictarum pro premissis fieri faciatis eciam et demandetis ut clerus et populus huiusmodi in processionibus et oracionibus suis statum tranquillitatem et pacem domini nostri Regis et regni ac alia superius recitata habeant specialius recommendatur. Et ad excitandum devocionem subditorum vestrorum in premissis indulgencias consimiliter in hac parte dignemini elargiri. Dat' sub sigillo nostro in manerio nostro de Hadham xxiij° die mensis Octobris anno domini supradicto, et nostre translacionis anno septimo.

1413. December 2nd, Barking. Agreement between Bishop Repingdon and the abbess and convent of Barking concerning the annual payment of ten shillings due for the church of Litlington, which is appropriated to the abbey.

Indentura pro indempnitate ecclesie de Litlyngton'. Hec indentura facta inter reverendum patrem et dominum dominum Philippum dei gracia Lincoln' episcopum ex parte una et religiosas mulieres abbatissam et conventum monasterii de Berkyng' London' diocesis ecclesiam parochialem de Litlyngton' Lincoln' diocesis eis unitam annexam et incorporatam auctoritate apostolica obtinentes

ex parte altera, testatur quod dicte religiose mulieres abbatissa et conventus de communi et unanimi consensu et assensu earundem ad hoc capitulariter congregatarum concurrentibus omnibus in ea parte de iure requisitis pro eo et ex eo, quod varia commoda non modica ab ipsa ecclesia de Litlyngton' ad episcopos Lincoln' et ecclesiam Lincoln' tam de iure quam de consuetudine laudabili legitimeque prescripta temporibus vacacionis dicte ecclesie de Litlyngton' et aliis diversis temporibus provenerunt et in eventum proventura fuissent si unio annectio incorporacio sive appropriacio dicte ecclesie de Litlyngton' facta non fuisset, quibus ipsi episcopi et ecclesia Lincoln' occasione appropriacionis predicta carebunt verisimiliter in futurum per presens scriptum indentatum se firmiter obligant et astringunt dicto reverendo in Christo patri domino Philippo episcopo Lincoln' et ipsius successoribus episcopis Lincoln' qui pro tempore fuerint in perpetuum in quadam annua pensione decem solidorum sterlingorum solvenda eisdem episcopis vel eorum procuratoribus seu procuratori in festo Pasche infra palacium Lincoln' perpetuis temporibus annuatim racione et ex causa indempnitatis supradicte ac in recompensacionem dampnorum que ex appropriacione antedicta episcopi Lincoln' pro tempore existentes et ecclesia Lincoln' sustinere et verisimiliter pati possent necnon in signum subieccionis dicte ecclesie de Litlyngton' sic ut prefertur appropriate ad ecclesiam Lincoln' debite antedictam. Ad quam quidem solucionem singulis annis in futurum loco et terminis bene et fideliter ut premittitur faciendum predicte abbatissa et conventus obligant se et earum successores, fructusque redditus et proventus dicte ecclesie de Litlyngton' presentes et futuros obligant impignorant et ypotheant per presentes. Si vero contingat prefatam ecclesiam de Litlyngton' sic ut prefertur unitam annexam et appropriatam imposterum qualitercumque disappropriori seu appropriacionem huiusmodi cassari sive adnullari, vult et concedit prefatus reverendus pater dominus Philippus episcopus predictus pro se et successoribus suis predictis quod extunc prefate abbatissa et conventus et earum successores ad predictam annuam pensionem decem solidorum minime teneantur. Sed quod ipse reverendus pater episcopus Lincoln' supradictus et successores sui episcopi Lincoln' ab omni peticione exaccione et vendicacione dicte annue pensionis ex inde perpetuo sint exclusi, volunt eciam et concedunt per presentes prefati abbatissa et conventus quod si contingat ipsas vel earum successores in solucione dicte pensionis annue decem solidorum sub modo et forma predictis episcopis Lincoln' pro tempore existentibus loco et termino antedictis facienda in parte vel in toto deficere, extunc liceat episcopo Lincoln' qui nunc est et ipsius successoribus episcopis ibidem qui prc tempore erunt ipsis abbatisse et conventu seu earum successoribus non vocatis absque aliquo processu iudiciali de fructibus redditibus et proventibus quibuscumque ad dictam ecclesiam de Litlyngton [*Folio 97*] qualitercumque

provenientibus presentibus et futuris eandem pensionem sua propria auctoritate absque cause cognicione et iuris ordine quibuscumque eligere colligere et levare ac eciam post lapsum termini predicti fructus redditus et proventus huiusmodi quoscumque sequestrare eos que sub tuto et arto tenere servare et custodire sequestro quousque de pensione predicta una cum dampnis arreragiis et expensis si quo occasione premissa idem episcopus et successores sui episcopi incurrerint eisdem per dictas abbatissam et conventum et earum successores plenarie fuerit satisfactum, predicteque abbatissa et conventus quibuscumque iuris remediis specialibus vel generalibus et presertim appellacionum querelarum prohibicionum regiarum in integrum restitucionum et aliis quibuscumque tam iuris ecclesiastici quam secularis privilegiis eis et earum monasterio quacumque auctoritate concessis ad impediendum seu retardandum solucionem annue pensionis supradicte in parte vel in toto competentibus vel competituris ex certa sciencia renunciant in hiis scriptis. In cuius rei testimonium uni parti huiusmodi indenture penes prefatum reverendum patrem dominum Philippum episcopum Lincoln' et successores suos episcopos Lincoln' remanenti prefatarum abbatisse et conventus sigillum commune est appensum. Alteri vero parti penes dictas abbatissam et conventum remanenti prefati reverendi patris domini Philippi episcopi Lincoln' predicti sigillum est appensum. Dat' in domo capitulari dictarum abbatisse et conventus apud Berkyng' predicta secundo die mensis Decembris anno domini millesimo cccc^{mo} xiij^{o}, et anno regni Regis Henrici quinti post conquestum primo.

1413. November 12th, Sleaford. Letters dimissory to John Eyton', John Beaupré (Bewpre) and John Pabenam of Dunstable Priory, subdeacons, to all orders. [B.]

1413. December 14th, Royston. Citacion of the official of the archdeacon of Huntingdon to appear before Bishop Repingdon or his commissaries on a charge of contempt for the non-execution of a writ for the Convocation held on November 20th.

Mandatum ad vocandum officialem archidiaconi Hunt' super contempta pro non execucione summonicionis domini pro convocacione cleri. Philippus permissione divina Lincoln' episcopus dilectis filiis Willelmo Welburne notario publico et Roberto Wodecok nuncio nostro publico et iurato salutem graciam et benediccionem. Delicaciarum ortum ecclesiam Anglicanam que pro ceteris orbis ecclesiis dudum pro fulgens catholice fidei et sacrosancte doctrine evangelii uberimos fructus producere consuevit quedam caliginose et heretice cecitatis umbra prothdolor nubilabat et fidei nostre preciosas margaritas in porcorum pabula effundere et sacramentorum dilacerare conans ornamenta fidem nostram radicitus

evollere et heu diabolice fraudis perfidiam in mentibus simplicium nititur radicare. Quod proinde perpendens reverendissimus pater et dominus dominus Thomas dei gracia Cant' archiepiscopus tocius Anglie primas et apostolice sedis legatus athleta fidei indeserva contra dicte heretice cecitatis filios sceleratos ne eorum perversitas plures inficiat pestiferi sua labe remedium ordinare cupiens oportunum confratres suos episcopos et ecclesie sue suffraganeos alios que prelatos et clerum sue Cantuar' provincie ut facilius inveniantur que a tot et tantis consiliis remedianda queruntur consuit esse convocandos, unde nos inter ceteros episcopos predictos et per nos prelatos et clerum nostre diocesis per venerabilem patrem et dominum dominum Ricardum dei gracia London' episcopum quod compareremus et comparerent sub certa forma coram dicto reverendissimo patre in ecclesia sancti Pauli London xx^mo^ die mensis Novembris ultimo preterito cum continuacione et prorogacione dierum tunc sequencium et locorum ad tractandum consenciendum terminandum et concludendum super hiis que ex deliberato et communitate consilio ad defensionem et unitatem fidei reduccionem errancium ad eadem et reformacionem ecclesie Anglicane assistente altimo tunc ibidem contigerint ordinari sicut moris est citari seu citari mandari peremptorie demandavit. Cuius auctoritate mandati atque nostra officialis archidiaconi nostri Huntyngdon' per nostras certi tenoris litteras dictum mandatum in se continentes sub pena contemptus firmiter dedimus in mandatis quatinus ipsos prelatos dicti archidiaconatus ad comparendos coram dicto reverendissimo patre die et loco supradictis facturi quod superius est expressum et clerum eiusdem archidiaconatus ad comparendos coram nobis seu certis nostris commissariis certis die et loco in eisdem litteris nostris plenius expressatis duos procuratores sufficientes et ydoneos una cum clero aliorum archidiaconatuum nostre diocesis electuros ad dictam convocacionem transmittendos peremptorie citaret nosque de facto suo in premissis una cum nominabus citatorum dictis certis die et loco debite redderet certiores. Idem tamen officialis huiusmodi litteras nostras pro parte nostra sibi traditas et liberatas et ab ipso receptas et admissas debite exequi nostri nos de facto suo certificare curavit sed pocius contemptibiliter inobedienter et doluserie non attenta causa fidei que agebatur omisit in nostri contemptum manifestum. Nos enim tantam inobedienciam et negligenciam quas hereses et errores sapere formidamus non valentes pati transire inpunitas, vobis tam communiter quam divisim in virtute obediencie et sub pena contemptus firmiter iniungimus et mandamus quatinus citetis seu citari faciatis peremptorie eundem officialem quod compareat coram nobis aut magistris Thoma Brouns seu David Pryce nostris in hac parte commissariis in ecclesia prebendali de Sleford' dicte nostre diocesis die lune proxima post festum sancti Hillarii proximum futurum super premissis [*Folio 97v*] sibi ex officia nostra mero obiciendi responsurum facturumque ulterius et recepturum

quod fuerit iustum et conveniens racioni terminum vero peremptorium predictum propter negocii qualitatem sic duximus assignandi. Et quid feceritis in premissis nos aut dictos nostros commissarios die et loco proximis predictis certificetis vestris seu certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus sive litteris patentibus habentibus hunc tenorem sigillo auctoritate consignatis. Dat' sub sigillo nostro apud Royston' xiiij die mensis Decembris anno domini millesimo cccc^mo^ xiij^o^, et consecracionis nostre anno nono.

1413. Letter to Bishop Repingdon from the bishop of London (dated October 20th) forwarding a mandate from Archbishop Arundel (dated October 14th), for Convocation to be held at St. Paul's on November 20th, to discuss the dangerous spread of heresy and to take measures for the defence of the faith and the reform of the Church.

Mandatum domini archiepiscopi pro convocacione prelatorum.[1] Reverendo in Christi patri ac domino domino Philippo dei gracia Lincoln' episcopo Ricardus permissione divina London' episcopus salutem et sincere dileccionis continuum incrementum. Litteras reverendissimi in Christo patris et domini domini Thome dei gracia Cantuarien' archiepiscopi tocius Anglie primatis et apostolice sedis legati xviij^o^ die presentis mensis Octobris cum ea qua decuit reverencia recepimus tenorem qui sequitur continentes. Thomas permissione divina Cantuarien' archiepiscopus tocius Anglie primas et apostolice sedis legatus venerabili fratri nostro domino Ricardo dei gracia London' episcopo salutem et fraternam in domino caritatem. Quod non sine cordis amaritudine deplangimus in orto speciosissimo matris nostre ecclesie Anglicane que dudum inter ceteras orbis ecclesias filios in fidei orthodoxe fecunditate conspicuos, quemadmodum gallina congregans sub alis suis producere consuevit, pestis illa execrabilis Lollardrie nonnullos infecit que sua labe dilitate plus solito invalescit. Et heu prothdolor satis et nimis diu scismata sediciones et hereses ex hac peste enormiter surrexerunt, cuius professores demoliri nituntur ecclesiam Christi et loco eius construere ecclesiam malignancium penitus alienam a sacrosancta universali ecclesia, ac nisi exadverso Christianissimi in Christo principis Regis nostri nobilissimi zelatoris legis Christi nostre imbecillitati supportatrix regalis assistencia affuisset, quam in misericordia et mansuetudine corripere conspicimus huiusmodi delinquentes, sine ipso Rege nostro illustrissimo inclito Mathathia, per dictos incentores nequicie apostatas legis dei, maculam nostre fidei cum toto thesauro sacramentorum ecclesie tantis procellis totque turbinibus resistere non valentem, deficere timeremus et deficientem perire naufragio per tam perversos ductores conculcantes verbi domini margaritas et ornamenta fidei maculantes qui

[1] Cf. *Reg. Bubwith*, I, p. 151.

quemadmodum vulpes in specubus inter catholicos ethnici seu saltem Jebusci in medio commorarunt. Contemplantes igitur interiori acie mentis nostre confratres nostros episcopos ecclesie nostre suffraganeos ne quod absit hec plantula pestilens infectiva in rigidam arborem pravitatis excrescat ad obviandum tantis maliciis quam necessarium convocari ut negocium huiusmodi contra hereticam pravitatem ad Dei gloriam et augmentum fidei nostris temporibus prosperetur, ac hec posse facilius inveniri que a tot et tantis consiliis remedianda queruntur, revolventes eciam quod omnibus in unum congregatis et equis humeribus unanimiter procedentibus tollemus clamorem populi fortassis erronie concipientis quod ex nobis quasi ex nobis habita reguli assistencia, prout habetur Christianissime catholica sive singulis confratribus nostris nobiscum convenientibus in unum in causa dei procedere videremur, vestre fraternitati committimus et mandamus quatinus citetis seu citari faciatis peremptorie omnes et singulos nostre Cantuarien' provincie coepiscopos et suffraganeos et per ipsos decanos et priores cum capitulis ecclesiarum cathedralium alios que decanos et archidiaconos abbates priores et conventus exemptos et non exemptos, ac clerum cuiuscumque diocesis citari volumus et mandamus quos nos eciam tenore presencium peremptorie citamus, quod dicti confratres nostri coepiscopi una cum clericis proveccioribus moribus vita et sciencia suarum civitatum et diocesium et per ipsos confratres nostros ut prefertur decani priores decanique archidiaconi abbates priores et conventus exempti et non exempti quorum ut accepimus nonnulli ad huiusmodi negocia et mandata nostra sepius nobis certificantur citati nec tamen sunt in speciale citati nec comparent omnes et singuli sicut reputari cupiunt et haberi fideles pro defensione fidei que tunc agetur personaliter ac capitula et conventus per unum clerus que cuiuslibet diocesis quos sicut nec alios aliquo modo in hac parte intendimus habere excusatos per duos procuratores sufficientes et litteratos tam in divina quam in humana lege peritos et approbatos qui ex arciori scrutinio de singulis diocesi collegi poterint compareant coram nobis in ecclesia sancti Pauli London' vicesimo die Novembris proximo iam futuro cum continuacione et prorogacione dierum tunc sequencium et locorum, ad tractandum consenciendum terminandum et concludendum una nobiscum hiis que ex deliberacione et communicato consilio ad defensionem et unitatem fidei reduccionem errancium ab eadem et reformacionem ecclesie Anglicane assistente altissimo tunc ibidem contigerint ordinari. Vobis eciam ut supra committimus et mandamus quod vos in persona vestra et per vos decanum ecclesie vestre cathedralis decanos que archidiaconos abbates et priores et conventus exemptos et non exemptos omnes et singulos alios eciam de dictis vestris civitate et diocesi utriusque legis tam divine quam humane clericos provecciores citari volumus et mandamus quod vos ac ipsi omnes et singuli quos nec ut supra in tanta causa habere intendimus excusatos

personaliter clerusque vestre diocesis per duos sufficientes et litteratos procuratores et capitulum eiusdem ecclesie vestre et alii conventus [*Folio 98*] per unum dictis die et loco compareatis et compareant coram vobis ad tractandum consenciendum terminandum et concludendum circa omnia et singula premissa defensionem unitatem et reformacionem ecclesie Anglicane. Intimantes ulterius omnibus et singulis tam vestrarum quam civitatum et diocesium dictorum confratrum et coepiscoporum nostrorum personis citandis et certificandis quod si die et loco predictis coram nobis comparere distulerint negligenter omiserint seu ante dissolucionem nostre consummate convocacionis illicenciati recesserint contra ipsos saltem abbates et priores et conventus possessionatos ecclesias et beneficia eis habentes unita et annexa per fructuum et proventuum eorundem sequestracionem et contra residuos per alia iuris remedia procedemus et absencium in hac parte negligenciam, in heresis suspicione cadentem reverencie et examini sedis apostolice certificare intendimus sua contumacia id exigente, de die vero recepcionis presencium et quid feceritis et fecerint in premissis nos dictis die et loco debite certificetis et certificent una cum hominibus omnium et singulorum per vos in hac parte citandorum in quadam cedula dictis litteris vestris et suis annectendum certificatoriis describendum habentibus hunc tenorem sigillis suis et vestro consignatis. Dat' in manerio nostro de Mortlake xiiij° die mensis Octobris anno domini millesimo cccc^mo^ xiij°, et nostre translacionis anno decimo octavo. Quarum auctoritate litterarum vos reverende pater cum ea qua decet reverencia peremptorie citamus et per vos omnes et singulos vestrarum civitatum et diocesium iuxta vim formam et effectum litterarum huiusmodi in hac parte citandos earundem litterarum auctoritate citari peremptorie precipimus et mandamus quod compareatis et compareant in forma superius expressata coram prefato reverendissimo patre in ecclesia sancti Pauli predicte dicto vicesimo die mensis Novembris proximo futuro cum continuacione et prorogacione dierum tunc sequencium et locorum facturi in premissis omnibus et singulis quatenus ad vos et ipsorum singulos attinet quod littere predicte in omnibus et per omnia exigunt et requirunt. Omnia insuper et singula vobis reverendo patri et per vos subditis vestris quibuscumque in hac parte quomodolibet intimanda harum serie intimamus mandantes auctoritate predicta quatinus de omni eo quod feceritis in premissis prefatum reverendissimum patrem eisdem die et loco una cum nominibus citatorum quorumcumque iuxta exigenciam litterarum huiusmodi distincte et aperte certificetis. Dat' sub sigillo nostro in manerio nostro de Hadham vicesimo die dicti mensis Octobris anno domini supradicto, et nostre translacionis anno septimo.

1413. November 22nd, Old Temple. Letters dimissory to William Symond (Simound) and Robert Thornton, clerks, to all orders. [B.]

1413. November 25th, Old Temple. Letters dimissory to John Romsey (Romesey), having the first tonsure, to all orders. [B].

Same date and place. Licence to Robert Apsley (Aspeley), rector of Garsington (Garsyngton'), for three years' non-residence for study. [A.]

1413. November 27th, Old Temple. Licence to John Dalberd, rector of All Saints, Sawtry (Sawtre), for two years' non-residence for study. [A.]

Same date and place. Letters dimissory to John Elmton (Elmeton'), rector of Edmondthorpe (Edmerthorpe), to all orders. [B.]

1413. November 25th, Old Temple. Licence to Richard Eustace, of London diocese, and to Richard Baron, of Salisbury diocese, to preach in the archdeaconry of Oxford.

Vicesimo quinto die mensis Novembris anno domini supradicto apud Vetus Templum London' concessa fuit licencia magistris Ricardo Eustas London' diocesis et Ricardo Baron' Sarum diocesis quod possunt predicare verbum dei in archidiaconatu Oxon'.

1413. November 28th, Old Temple. Licence to the prior and convent of Merton, in the diocese of Winchester, to put to farm the appropriated churches of Godmanchester, Alconbury, Floore, Kimpton, Eaton with the chapel of Whipsnade, Upton and Duns Tew, for five years.

Item vicesimo octavo die Novembris anno et loco supradictis concessa fuit licencia priori et conventui de Merton' Wynton' ad dimittendum ad firmam aliquibus personis ydoneis ecclesias parochiales de Gumycestr' Alkunbury Flore Kympton' Eyton' cum capella de Wyspenade Upton' et Dunstew eis infra diocesim Lincoln' appropriatas per quinquennium.

Same date and place. Letters dimissory to John Basby, clerk, to all orders. [B.]

1413. December 9th, Old Temple. Letters dimissory to Ralph Conquest of Houghton Conquest (Houghton' conquest), clerk, and to Thomas Alan (Aleyn), rector of Hardmead (Herdmede), clerk, to all orders. [B.]

1413. December 15th, Huntingdon. Letters dimissory to the prior of Huntingdon for Thomas and Robert Huntingdon, canons of the priory, to all orders. [F.]

Same date and place. Letters dimissory to John Lilford', deacon, of Huntingdon, to priest's orders. [B.]

[*Folio 98v*]

[Undated.] Commission from Bishop Repingdon to the archdeacon of Lincoln or his official to inquire concerning suspected heresy, apostasy, clerical immorality, non-residence and other abuses, in accordance with the decisions of the recent Convocation at St. Paul's. Similar directions are sent to the other archdeacons in the diocese of Lincoln.

Commissio ad inquirendum super heresibus et erroribus. Philippus permissione divina Lincoln' episcopus dilecto filio archidiacono nostro Lincoln' seu eius officiali salutem graciam et benedicciionem. Nuper siquidem in convocacione prelatorum et cleri Cantuarien' provincie in ecclesia sancti Pauli London' per reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Thomam dei gracia Cantuarien' archiepiscopum tocius Anglie primatem et apostolice sedis legatum iam ultima inchoata et continuata per ipsum reverendissimum patrem ac prelatos et clerum huiusmodi de et super unione et reformacione ecclesie Anglicane moribus que subditorum dicte provincie merito reformandis, inter se mature tractantes inter cetera in ipsa convocacione ventulata diffinitum extitit finaliter et conclusum, ut singuli episcopi provincie antedicte cum suis civitatibus et diocesibus ac singulis burgis et decanatibus eorundem de et super articulis materias heresum errorum et aliorum defectuum quorum tenores inferius describuntur fieri faciant inquisiciones generales per viros litteratos bone fame bone consciencie et statis sufficientis cum processionibus procedentibus et sermone ad populum quo publice exponantur cause inquisicionum earundem. Nos igitur qui desiderantes in votis gerimus ut fides catholica prosperetur et pravitas heretica aliique defectus quicumque de finibus nostre diocesis penitus extirpentur secundum quod diffinitum est in convocacione antedicta quod est nostrum exequi volentes ut tenemur ad inquirendum in forma supradicta vocatis primitus omnibus in hac parte vocandis absque odio timore favore amore vel gracia lucri aut commodi temporalis per omnia diligencius veritatem de et super articulis huiusmodi qui sunt tales. In primis an aliqui fuerunt heretici vel super heresibus aut erroribus diffamati vel suspecti et si aliqui fuerunt huiusmodi hereticorum vel diffamatorum receptatores defensores et fautores. Item an fuerunt aliqui religiosi apostate vel viri in aliis locis curati. Item de hospitalibus aut sit ibidem numerus debitus capellanorum pauperum et infirmorum secundum exigenciam fundacionis. Item de clericis concubinariis ac concubinis clericorum si que fuit in civitatibus burgis et decanatibus huiusmodi. Item an aliqui uxorati excerceant aliquam iurisdiccionem ecclesiasticam ut pote officium commissarii vel scribe vel aliquod aliud officium iurisdiccionis preter officium apparitoris legitimum. Item

an aliqui beneficiati archidiaconatus predicti qui de iure seu fundacione beneficiorum suorum huiusmodi in ipsis suis beneficiis residere tenetur a dictis eorum beneficiis se absentaverint. Vobis de quorum conscienciarum puritate fidelitate et circumspeccione industria plurimum in domino confidimus vices nostras ita quod in premissis unum theologum habeatis vobis assessorem committimus per presentes mandantes et in virtute obediencie firmiter iniungentes quatinus nos de omni eo quod per inquisicionem huiusmodi inveneritis et feceritis in premissis citra festum etc. proximum futurum distincte et aperte certificetis per litteras vestras patentes harum et facti vestri seriem ac nomina et cognomina detectorum delatorum et denunciatorum in inquisicione huiusmodi una cum expressis designacionibus singulorum criminum et defectuum eorundem in cedulis vestris litteris annectendis ac eciam nominibus et cognominibus inquisitorum et assessoris huiusmodi plenius continentes sigillo autentico consignatas. Dat' etc. Sub ista forma scriptum fuit singulis archidiaconis in ecclesia Lincoln'.

1413/14. January 18th, Sleaford. Licence to Michael James, rector of Kimcote (Kylvemundecote), subdeacon, for three years' non-residence for study. [A.]

1413/14. January 24th, Sleaford. Dispensation by direction of the papal penitentiary to John Cadney, clerk, to proceed to all orders and to hold a benefice with cure, notwithstanding his illegitimacy.

Cadney dispensacio. Item xxiiij° die mensis et anni predictorum apud Sleford' reverendus in Christo pater et dominus dominus Philippus dei gracia Lincoln' episcopus auctoritate quarumdam litterarum reverendissimi in Christo patris et domini domini Petri miseracione divina Tusculan' episcopi sibi directarum et per Johannem Cadeney clericum presentatarum cum eodem Johanne super defectu natalium quem patitur de soluto genitus et soluta quod defectu huiusmodi non obstante possit ad omnes sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere eciam si cura habeat animarum misericorditer in domino dispensavit et super hoc habuit idem Johannes litteras testimoniales sub sigillo domini de data supradicta.

1412/13. Testament of Robert Newby, rector of Whitchurch and official of the archdeacon of Oxford. Dated February 19th. Proved before the bishop's commissaries at Old Temple on June 4th, 1413.

Testamentum Roberti Newby officialis archidiaconi Oxonie.[1] In dei nomine amen. Decimo nono die mensis Februarii anno domini

[1] Abstract in *Linc. Wills*, p. 130.

millesimo cccc^{mo} xij^{o}, ego Robertus Newby rector ecclesie parochialis Whytchurche condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam omnipotenti deo beate Marie et omnibus sanctis et corpus meum sepeliendum in ecclesia beate Marie virginis Oxon' iuxta sepulturam magistri Johannis Blew. Item lego vicario ecclesie sancti Petri in oriente Oxon' pro ultimo vale et pro decimis oblitis xxvj s. viij d. si sic velit contentari, alias ponatur istud legatum in disposicione executorum meorum. Item lego rectoribus beate Marie virginis Oxon'[1] xx s. et meliorem equum meum cum sella meliori. Ita quod equus non usurpetur ad usum propositi moderni ibidem sed aliorum sociorum. Item lego Thome fratri meo apud Northallerton' zonam meam viridem ornatam cum argenteo et gladium meum. Item lego Emmote filie sue togam meam de scarleto ornatam cum [*Folio 99*] stipis argenteis cum .....[2] Item lego decem marcas ad distribuendum inter pauperes de parentela mea apud Newby et in partibus convicinis ibidem. Item lego c s. pro uno capellano celebraturo apud Semer' in capella ibidem pro anima mea et pro animabus parentum meorum. Item lego conventui de Oseney xiij s. iiij denarios. Item lego priorisse de Lyttelmore xl d. et cuilibet moniali in eodem prioratu xx d. Item lego priorisse de Goryng' vj s. viij d., domine Nicholae moniali ibidem xl d. et cuilibet moniali alteri in eodem prioratu xx d. Item lego conventui de Dorchestr' vj s. viij d. Item conventui de Goddestowe xiij s. et iiij d. Item lego viginti marcas ad distribuendum inter pauperes archidiaconatus Oxon' secundum distribucionem domini Roberti Tunstall' rectoris ecclesie sancti Clementis. Item lego pro reparacione vie alte et regie inter portam orientalem Oxon' et montem vocatum Hedyngton' Hyll' c s. Item lego fabrice ecclesie Lincoln' c s. ita quod canonici ibidem si aliquid receperint ultra de suis michi plenarie remittant. Item lego conventui de Bruerne x s. Item lego fratribus minoribus Oxon' xx s. Item lego priori fratrum predicatorum Oxon' xx s. Item lego eidem conventui xx s. Item lego fratribus Carmelitis x s. Item fratribus Augustien' x s. Item lego conventui de Wroxton' vj s. viij d. Item lego priori et conventui de Coldnorton' vj s. viij d. et eciam x s. quos michi debet. Item lego xxiiij marcas pro iiij capellanis ad celebrandum pro anima mea immediate post decessum meum in ecclesia beate Marie virginis Oxon'. Item lego Johanni Wylcotes unam peciam cum cooperculo deaurate que est in custodia prioresse de Studeley. Item magistro Henrico Fowler' xl s. et uxori sue iiij virgas panni precii j virgam xl d. iuxta disposicionem executorum meorum. Item lego parochianis meis de Garsyngton' quinque marcas ad subveniendum eis in solucione quintodecime solvenda domino nostro Regi cum contigerit. Item lego ad distribuendum inter pauperes parochianos ibidem xl s. Item lego fabrice ecclesie ibidem xiij s. iiij d. Item lego priorisse

[1] The rectors of St. Mary's, Oxford, were the Provost and Fellows of Oriel.
[2] Illegible, owing to a stain on MS.

de Stodeley omnia iocalia que habet in custodia sua de meis preter legata. Item lego eidem priorisse unum salarium argenteum cum cooperculo. Item lego domine Agneti Bedso xx s. Item domine Agneti Hall' xx s. Item domine Edithe moniali ibidem xiij s. iiij d. Item domine Margarete Nerenit xiij s. iiij d. Item cuilibet alteri moniali ibidem vj s. viij d. Item lego domino Willelmo Islep vj s. viij d. Item lego domino Willelmo Tettebury vj s. viij d. Item lego Isabelle Halle xx s. Item lego magistro Johanni Gisburn' rectore de Newenham longum baslardum meum apparatum cum argento. Item domino Roberto vicario de Bloxham unam peciam cum cooperculo inscripto *Benedictus qui venit in nomine domini.* Item Roberto Wymond' capellano de Northstoke c s. ita quod liberetur singulis annis per manus executorum meorum. Item lego magistri Thome Nafferton' meam cowpam de argento cum cooperculo. Item magistri Thome Brouns unum par deprecularum de auro. Item Alicie Hampton' aliud par deprecularum de corall'. Item Thome Hampton' unam peciam plenam de argento. Item lego Johanni consanguineo meo de Northampton' unam peciam plenam cum cooperculo et sex cochlearia de argento et c s. Item lego Ricardo consanguineo meo in hospitali sancti Johannis Baptiste Oxon' omnia terras et tenementa mea apud Garsyngton' et sex cochlearia de argento et c s. ac totum meremium meum apud Garsyngton' et meliorem lectum meum. Item lego collegio Universitate halle superpellicum meum. Item lego Johanni Mason' xl s. et lectum meum apud Whytchurch. Item volo quod dominus Willelmus Crowton' capellanus habeat salarium competens pro tribus annis. Item Johanni consanguineo servienti meo unum lectum. Residuum vero omnium bonorum meorum lego executoribus meis ut ordinent et disponent pro salute anime mee prout coram deo voluerint respondere. Huius autem testamenti mei ordino facio et constituo executores meos magistrum Johannem Southam dominum Ricardum Tybb magistrum domus sancti Johannis Baptiste extra portam orientalem Oxon' Johannem Wylcotes dominum Robertum vicarium de Bloxham dominum Johannem Gysborn' rectorem de Newynham et dominum Robertum Tunstall' rectorem ecclesie sancti Clementis et volo quod ipse sit ministrator specialis. Item ordino magistrum Thomam Nafferton' et Thomam Hampton' eis coadiutores. Hiis testibus magistro Johanne Ryvell' domino Willelmo Crowton' et domino Willelmo Tettebury capellano.

Memorandum quod iiij° die mensis Junii anno domini millesimo cccc^mo^ xiij° apud Vetus Templum London commissa fuit magistris Johanni Halywell' ecclesie Lincoln' canonico et Willelmo Barowe decretorum doctori ad recipiendum probacionem quamcumque legitimam testamenti magistri Roberti Newby rectoris dum vixit ecclesiarum parochialium de Whitchyrch et Garsyngton' [*Folio 99v*] Lincoln' diocesis defuncti sibi exhibendum ac idem testamentum vite et legitime probatum approbandum et insinuandum ac pro

eodem testamento sic probato pronunciandum execucionem quoque testamenti huiusmodi executoribus in eodem nominatis et administracione bonorum dicti defuncti quorumcumque infra iurisdiccionem reverendi patris domini episcopi Lincoln' existencium si eam admittere voluerint in forma iuris committendum, compoto calculo et raciocinio administracionis eorundem dicto reverendo patri specialiter reservatis.

1413. August 22nd, Sleaford. Commission from Bishop Repingdon to Thomas Duffeld, chancellor, Nicholas Hungarton, sequestrator in the archdeaconry of Stow, and Richard Trivet, rector of Epworth, to inquire concerning the case of Marion Westwood of Haxey, who committed suicide by hanging but was nevertheless buried in the graveyard of Haxey parish church, contrary to canon law.

Commissio contra aliquem qui se suspendio interemit. Philippus permissione divina Lincoln' episcopus dilectis filiis magistris Thome Duffeld cancellario ecclesie nostre Lincoln' ac Nicholao Hungarton' nostro in archidiaconatu Stowe sequestratori ac Ricardo Tryvet rectori ecclesie parochialis de Epworth nostre diocesis salutem graciam et benediccionem. Sacrorum canonum attestacione reperimus diffinitum quod hii qui voluntarie aut per ferrum sive venenum aut suspendum quomodolibet sibimet ipsis mortem inferunt Christiana cavere debeant sepultura et sepulti ab ecclesiis sive cimiteriis in quibus sepulti sunt deici debeant nisi signa penitencie in ipsis ante mortem apparuerint et beneficium absolucionis extunc fuerint consecuti vel furore hoc fecerint. Sane multorum ad nos quod dolenter referimus gravis querela deduxit quod quedam Mariona Westwode dum vixit parochiana de Haxhey nostre diocesis spiritu seducta diabolice ut dicitur sibiipsam per laquei suspendam in stabulo mansi sui de Westwode mortem intulit, quod que post ipsius mortem sic ut premittitur accidentem Christiane fuerat in cimiterio dicte parochialis ecclesie de Haxey tradita sepulture. Nos igitur periculis animarum occurrere cupientes scandala que ex premissis oriri poterunt subvenire volentes et super qualitate huiusmodi casus certiores ac in hac parte officii nostri debitum excercere, ad inquirendum igitur de statu dicte Marione tempore quo mortem sibiipsi sic ut prefertur intulit et an voluntarie hoc fecerit necne et si sic utrum ante eius mortem apparuerunt in ea signa penitencie necne et si sic que ac qualia fuerint. Et an dicta Mariona autem huiusmodi casus periculosi eventum fuerit in furore necne et si sic an furor ille fuerat continuatus usque ad extremum vite sue excercitum, necnon de sepultura eiusdem et ubi fuerat sepulta et qui et qualis sepelierunt illam et cuius auctoritate sive mandato et an ad sepulturam huiusmodi processit absolucio ac super omnibus et singulis articulis aliis in hoc casu necessariis vel oportunis vocatis in hac parte vocandis per viros fidedignos coram vobis in forma

iuris iuratos in ecclesia parochiali de Haxey memoratas, vobis de quorum fidelitatibus et circumspeccionum industriis plenam in domino fiduciam obtinemus tam communiter quam divisim tenore presencium committimus vices nostras cum cuiuslibet cohercionis canonice potestate. Quod si non omnes hiis intendere valeatis, volumus tamen quod duo vestrum simul ad minus procedant et quod feceritis in premissis nos eis expeditis distincte et aperte certificetis vestris seu certificent illi duo vestrum qui presentem vestram commissionem fuerint executi suis litteris patentibus et clausis habentibus hunc tenorem ac nomina et cognomina dictorum inquisitorum plenius continentibus vestris et ipsorum inquisitorum sigillis pendentibus fideliter consignatis. Dat' sub sigillo nostro in castro nostro de Sleford' xxij° die mensis Augusti anno domini millesimo cccc^mo xiij°, et consecracionis nostre anno nono.

1413. December 20th, Sleaford. Adjudication by Bishop Repingdon in a dispute between the prior and convent of Daventry and the parishioners of the appropriated church of Norton, near Daventry, concerning the assessment and payment of tithes.

Composicio inter priorem et conventus et parochianos de Norton'. Sancte matris ecclesie filiis universis presentes litteras inspecturis vel audituris, Philippus permissione divina Lincoln' episcopus salutem in domino sempiternam ac fidem certam et indubiam. Presentibus adhibere universitati vestre innotescimus per presentes quod cum lites discordie et dissenciones inter religiosos viros priorem et conventum prioratus de Daventr' ordinis sancti Benedicti nostre diocesis ecclesiam parochialem de Norton' iuxta Daventr' predicta eiusdem nostre diocesis in proprios usus suos canonice obtinentes ex parte una ac Johannem Harwedon' de Heyford' Ricardum Cornewayle et eorum tenentes de Norton' predicta omnesque alios parochianos ecclesie parochialis de Norton' sepedicta ex parte altera de et super modo decimandi et persolvendi decimas cuiuscumque generis bladi infra fines et limites ecclesie parochialis de Norton' predicta provenientes seu in futurum quomodolibet proventuras suborte fuissent. Tandem partes predicte licium amfractus et dubios litis eventus auferre volentes coram nobis legitime constituto de stando ordinacioni decreto iudicio et diffinicioni nostris de et super modo decimandi et persolvendi decimas predictas in alto et in basso se voluntarie submiserunt. Nos vero quieti et tranquillitate omnium subditorum nostrorum et presertim religiosorum qui deo die et nocte iugitur familiariter prospicere cupientes huiusmodi submissione per nos admissa modum decimandi et persolvendi decimas antedictas de expressu consensu partium predictarum et ad earum peticionem instantem ordinamus decrevimus adiudicavimus et diffinimus in forma que subsequitur perpetuis futuris temporibus valiturum. In dei nomine amen. Cum nuper

inter religiosos viros priorem et conventum prioratus de Daventr' ordinis sancti Benedicti Lincoln' diocesis ecclesiam parochialem de Norton' iuxta Daventr' dicte diocesis in proprios [*Folio 100*] usus suos canonice obtinentes ex parte una ac Johannem Harwedon' de Heyford' Ricardum Cornewayle et eorum tenentes de Norton' predicta omnesque alios parochianos eiusdem ecclesie de Norton' ex parte altera de modo decimandi et persolvendi decimas cuiuscumque generis bladi infra fines et limites ecclesie parochialis de Norton' predicta provenientes seu in futurum quomodolibet proventuras lites dissenciones et discordie suborte fuissent, tandem partes eidem coram nobis Philippo permissione divina Lincoln' episcopo legitime constituto de stando ordinacioni decreto iudicio et diffinicioni nostris de modo decimandi et persolvendi decimas predictas in alto et in basso se voluntarie submiserunt. Nos igitur Philippus episcopus antedictus iudicialiter sedentes huiusmodi submissione per nos admissa prout eam de facto admisimus de consensu expresso partium predictarum et ad earum peticionem et supplicacionem instantem pro bono pacis partium huiusmodi et ob utilitate ecclesiarum predictarum ordinamus decernimus adiudicamus et diffinimus quod predicti Johannes Harwedon' Ricardus Cornewayle et eorum tenentes de Norton' predicta ac omnes et singuli parochiani eiusdem ecclesie de Norton' presentes et futuri omnes et singulas decimas cuiuscumque generis bladi in campis ville de Norton' predicta provenientes et in futurum proventuras, porcione vicarie in eadem ecclesia de Norton' dumtaxat excepta, in locis ubi blada huiusmodi crescunt iuxta modum et consuetudinem in parochiis circumvicinis nostre diocesis antedicte usitatem et non in villa de Norton' predicta prout perantea extitit consuetum nec alibi perpetuis futuris temporibus decimabunt et facient fideliter decimari, et illas decimas locis huiusmodi dimittent ad usum et commodum predictorum prioris et conventus et successorum suorum absque aliquo impediemento vexacione seu perturbacione predictorum Johannis Harwedon' Ricardi Cornewayle heredum aut assignatorum suorum seu parochianorum quorumcumque ecclesie de Norton' predicta presencium seu futurorum in hiis scriptis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium ut perpetuo firmitatis robur obtineant sigillum nostrum ad causas presentibus est appensum. Dat' apud Sleford' xx^{mo} die mensis Decembris anno domini millesimo cccc^{mo} xiij^{o}, et consecracionis nostre anno nono.

1413/14. January 31st, Sleaford. Licence to Hugh Bolton, rector of Willoughby (Willugby), to put his church to farm for three years, [D.] " aliquibus personis idoneis ".

1413/14. January 26th, Sleaford. Mandate from Bishop Repingdon to Laurence Blakesley, sequestrator in the archdeaconry of Leicester, to cite the official of the archdeacon of Leicester before

the bishop or his commissaries on a charge of contempt for his non-execution of the king's writ for the Parliament to be held at Leicester on January 29th.

LITTERA AD CITANDUM OFFICIALEM ARCHIDIACONI LEYCESTR' SUPER CONTEMPTU PRO NON EXECUCIONE BREVIS REGII PRO PARLIAMENTO. Philippus permissione divina Lincoln' episcopus dilectis filiis domino Laurencio Blakesley nostro in archidiaconatu Leycestr' sequestratori ac universis et singulis rectoribus vicariis perpetuis et eorum capellanis parochialibus per dictum archidiaconatum ubilibet constitutis salutem graciam et benediccionem. Excellencia regia a timore domini non discedens est amatrix ecclesie zelatrix quoque iusticie et Christiane fidei defensatrix in cuius potencia magestatis persequtor nostre fidei concepta rabies et evenosa et erecta contra ecclesiam capita malignancium que fidem et pacem ecclesie tranquillitatem regni ac fidelium status sicut audivimus si virtus domini [manu] regni operata non fuisset immaniter turbare proposuerant sub pedibus regiis conculcantur et in futurorum exemplum legitime puniuntur et assistencie regie catholice fidei defensio graciosa quibus te laudibus offeremus qua devocione te zelare possumus. Si magnitudinem regiam attendamus minus est quod valemus maius quod debemus porre regio diadematis iura presertim que usitate consuetudinis debitum approbavit mandatis regiis submissis cervicibus cum omnia reverencia tenemur observare regiam celsitudinem que nostre fidei graciosus existis supportatrix in fidelitate et dileccione ac suorum execucione mandatorum devoto venerantes. Sane recepto nuper brevi domini nostri Regis in quo nobis mandabatur quod in parliamento suo quod de avisamento consilii sui pro quibusdam arduis et urgentibus negociis ipsum Regem statum et defensionem regni sui et ecclesie Anglicane contingentibus apud Leycestr' xxix^{mo} instantis mensis Januarii ordinavit cessanto quacumque excusacione personaliter interesse cum ipso domino nostro Rege ac cum ceteris prelatis magnatibus et proceribus regni sui super dictis negociis tractaturi nostrumque consilium impensuri. Premunientes decanum et capitulum ecclesie nostre Lincoln' ac archidiaconos totumque clerum nostre diocesis quod secundum formam eiusdem brevis cuius tenor in submemoratis nostris litteris continetur dictis die et loco interessent facturi quod in eodem brevi continetur. Nos idem breve regium in quantum ad nos attinebat execucioni debite demandare volentes sicuti tenebamur officiali archidiaconi nostri Leycestr' per nostras certi tenoris litteras dictum breve ut prefertur in se continentes firmiter dedimus in mandatis quatinus ipse clerum dicti archidiaconatus ad comparendum coram nobis seu certis nostris commissariis certis die et loco in eisdem litteris nostris plenius expressatis duos procuratores sufficientes et ydoneos una cum clero aliorum archidiaconatuum nostre diocesis electuris ad dictum parliamentum secundum dicti brevis exigenciam cuius mittendis peremptorie citaret nosque aut dictos nostros

commissarios de facto suo in premissis dictis certis die et loco debite redderet certiores. Idem tamen officialis huiusmodi litteras nostras pro parte nostra sibi traditas et liberatas [*Folio 100v*] et ab ipse receptas et admissas debite exequi nec nos de sano suo certificare curavit sit pocius contemptibiliter et delusoris emisit non solum in nostri quam eciam regii mandatu contemptum manifestum. Nos enim suam inobedienciam tollerare nolentes ne inpunitas tanti contemptus futuro posteritati veniat in exemplum, vobis tam communiter quam divisim in virtute obediencie et sub pena contemptus firmiter iniungimus et mandamus quatinus citetis seu citari faciatis peremptorie dictum officialem quod compareat coram nobis aut magistris Thoma Brouns seu David Pryce nostris in hac parte commissariis in ecclesia prebendali de Sleford' dicte nostre diocesis die veneris proxima post diem Cinerum proximam iam futuram super premissis sibi ex officio nostro mero obiciendi responsurum facturumque ulterius et recepturum quod fuerit iustum et conveniens racioni. Terminum autem peremptorium supradictum propter negocii qualitatem et celerem expedicionem dicti parliamenti sic duximus assignandi. Et quid feceritis in premissis nos aut dictos nostros commissarios dictis die et loco certificetis vestris seu certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus suis litteris patentibus habentibus hunc tenorem sigillo autentico consignatis. Dat' apud Sleford' sub sigillo xxvj^{to} die mensis Januarii anno domini millesimo cccc^{mo} quartodecimo, et consecracionis nostre anno decimo.

1413/14. February 8th, Northampton. Citation by Bishop Repingdon of the dean, canons, vicars, chaplains and other ministers of the cathedral church of Lincoln to be present in the chapter house on February 19th for an episcopal inquiry into heresy, which is widespread in the city and diocese.

Citacio decani et singulorum canonicorum vicariorum capellanorum et aliorum ministrorum in ecclesia Lincoln' ad subeundum inquisicionem domini episcopi in causa heresis. Philippus permissione divina Lincoln' episcopus dilecto filio decano ecclesie nostre Lincoln' seu ipso decano absente subdecano eiusdem ecclesie nostre salutem graciam et benediccionem. Navicula beati Petri que olim sacrorum thesauris[1] onerata in portu ecclesie Anglicane tranquillissimis paciebatur auris nunc prothdolor per hereticorum insulens et errorum iniurias in amarum tribulacionis salum profugatur ubi immanibus aquarum fluctibus agitata contrariorum quoque ventorum quassata turbinibus procellosis ad naufragium periclitando festinat nisi deus tocius consolacionis et misericordiarum pater fidelium levitus precibus heresibus et erroribus et cordibus hominum omnino proscriptis suam in hiis dexteram porrigat

[1] *Sic.*

protectricem, nos enim qui in specula preeminencie pastoralis disponente domino constituuntur quibus cura grandis iminet animarum de huiusmodi hereticis et eorum fautoribus et receptatoribus longe et late per nostras civitatem et diocesim de imposuo humeris nostris onere compellimus suscitari. Et licet nuper super eisdem per nostram diocesim inquisiciones fieri mandaverimus generales cupientes tamen pro viribus ut decora sponsa nostra ecclesia predicta ab omni veneno erronee et heretico pravitatis si quo quod absit maculetur per nostram sollicitudinem munda reddatur et minimus et illa que ceterarum nostre diocesis ecclesiarum genitrix existit tales fidei fructus producat qui filias pabulo repleant veritatis et fidei fecunditate exemplo sui faciant esse devotas inquisicionem huiusmodi in ipsa ecclesia nostra personaliter deo dante volumus excercere ut notis infidelibus si qui in dicta ecclesia vestra, quod non credimus, inveniantur circa punicionem reduccionem que eorundem ad fidei unitatem et evacuatis viciis navicula Petri nostris temporibus in tranquillitatis portu resideat veneratis debite sacramentis solliciti sumis et operam . . . . . .[1] efficatem. Quocirca tenore presencium peremptorie vos citamus et per vos omnes et singulos concanonicos dicte ecclesie nostre et confratres nostros vicarios quoque ac ministros alios dicte ecclesie nostre maiores et minores quoscumque quibuscumque nominibus nuncupentur ac capellanos cantariarum in eadem ecclesia celebrantes in virtute sancte obediencie et sub suspiccionis heresis et contemptus penis citari volumus et mandamus quod compareatis et compareant coram nobis et eorum quilibet sic coram nobis compareat in domo capitulari dicte ecclesie nostre Lincoln' die lune proximo post festum sancti Valentini martiris proximum iam futurum veritatem quem noverint in premissis et circa ea absque odio timore favore amore vel gracia liceri seu commodi temporalis pleno dicturi et depositurі huiusmodi que inquisicionem nostram humiliter prout convenit in omnibus subituri facturique ulterius et recepturi quod huiusmodi inquisicionis nostri negocium exigit et requirit. Terminum vero peremptorium supradictum cum negocii qualitas et evitacio periculi id exposcunt sic duximus statuendi. Et quid feceritis in premissis nos dictis die et loco per litteras vestras patentes harum seriem ac nomina et cognomina in hac parte citatorum cum expressis designacionibus dignitatum prebendarum officiorum titulorum seu administracionem eorundem in quadem cedula certificatorio vestro annexa plenius continentur distincte et aperte certificetis. Dat' sub sigillo nostro apud Northampton' octavo die mensis Februarii anno domini millesimo cccc^{mo} xiij^{o}, et consecracionis nostre anno nono.

1413/14. February 21st, Sleaford. Letters dimissory to Nicholas Gibthorpe (Gibthorp'), clerk, to all orders. [B.]

[1] Illegible.

1413/14. February 23rd, Liddington. Licence to the rector of Knuston and John Quenby to collect and have the custody of the fruits of Withcote parish church during the absence of the rector, and to make provision for the cure of souls.

Licencia ad colligendum fructus ecclesie de Wythcot'. Item xxiij° die eorundem mensis et anni apud Lidyngton' concessa fuit licencia rectori Kneston' et Johanni Quenby litterato ad colligendum et custodiendum fructus et proventus ecclesie de Wythcot' propter absenciam domini Johannis Umfray rectoris eiusdem ecclesie et ad faciendum deservire cure ibidem per capellanum rdoneum de fructibus et proventibus dicte ecclesie pertinentis etc. yeservandum residuum dictorum fructuum etc.

INDEX OF PERSONS AND PLACES

There is no consistency in the use of 'de' with surnames. Where the practice varies, 'de' is given in brackets.

Abberburi, Abberbury. *See* Adderbury
Abbrighton. *See* Albrighton
Abingdon, Abyndon', Abyngdon', Henry, I 170–1
Abyndon'. *See* Abingdon
Acquitanie. *See* Aquitaine
Acton, Acton', Hugh, II 245
Adderbury, Abberburi, co. Oxon., I 202
Adderbury, Abberbury, John, I 202
....., ..., Alice, wife of, I 202
Addestoke. *See* Adstock
Addington, Little, Adyngton' parva, co. Northant., I 208
Addlethorpe, Ardelthorp', co. Linc., I xxvii, II 274
